

DE BONI TATE DIVINA LI BER PRIMVS.

Divinam bonitatem contemplari in
sua essentia unitate. Caput I.



ONITATEM dei contemplari possumus dupli modo, primo videndo eam in sua essentia vel natura: atq; scđo, vidēdo eam, vt causam in suis effectib⁹. Primo modo videre deum omni creature est impossibile. Quamuis enim beati deum videant facie ad faciem, eumq; cognoscant, sicuti & cogniti sunt, hoc tamen solum intelligitur iuxta eorum capacitatem: deum enim comprehendere perfecte non possunt, sed potius ipsi, & omnia creata, à deo solo comprehenduntur: quemadmodum pīscipuli pauci absorbentur simul à mari magno. Finis terrarū ad infinitum, nulla est comparatio. Deus autem infinitus est, omnis creatura finita. Atq; ideo omnis creatura deo comparata est quasi nihil, & inane qd. Vnde Isaías: Ecce gentes quasi stilla fuligine, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt. Ecce insulæ quasi puluis exiguis, &cæ. Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum & inane reputatae sunt ei. Et quamvis sic sit de omnibus creaturis simul, propter hanc tamen nostram exiguitatem cefare nequaque debemus ab ipsius excellentissimi dei contemplatione, quæ vehementer inflamat in amorem ipsius contemplati. De hac contemplatione clarissimi, doctissimi atq; sanctissimi viri excellenter multa scripsit, qbus nostra indocta doctrina nihil addere præsumit, sed ad illorum scripta omnes in hoc genere cōtemplari cupientes remittit. Ut tamen quorundam sublimium theologorum, & deuotorum me

1. Cor. 23

Isa. 40

DE BONITATE DIVINA LIB.I. Fol. 3

orum filiorum petitio vel ex aliqua parte satisfiat,
aliquid potius fabulemur & conferamus, quām doce-
amus, & de exiguis studeamus paulatim cogitare exī-
mia. **C**igitur collecto spiritu contemplans videat,
id est, intelligat & sentiat (si sentire valet) se à deo
plene & perfecte intueri, suumq; intellectū, memori-
am, voluntatem, affectum & omnia à deo clarissime
conspici. Videat autem corde mundo, sine quo deus
non videtur: & per quod, etiam in hac vita (te: **Augustin.**
ste beato Auguttino) suo modovideri potest. Lique-
scat denique ad intuitum illum anima eius desfluatq;
ab omni alieno amabili, & sentiat de domino in boni-
tate, tanquam de summo amabili, eo quod sua essen-
tia vel natura sit ipsa infinita bonitas. Sed prohdolor
istud penē omnes negligunt attendere, & diuinæ præ-
sentia neque debitam reuentiam, neque amorem im-
pendunt. Imō, quod magis est detestandum, homini
etiam vitorio maiorem exhibent cultum ac reueren-
tiā, quam summo & amabili deo, qui per Hieremiā **Hiere. 23.**
prophetam suum dicit: Nunquid non cœlum & ter-
ram ego impleo? Cui rursus idem propheta loquitur **Hiere. 32.**
Tu fecisti cœlum & terram in fortitudine tua ma-
gna, &c. Attendat præterea contemplator naturam
vel essentiā diuinā esse superintellectualem, hoc
est, excedentem omnem naturam intellectualem in
infinitum, est enim lumen immensum, quo sc̄ipsum,
& omnia simul unico intuitu perfectissime & incom-
parabiliter intelligit cognoscitq;. Perspicit q;g inti-
missima & occultissima rerum sine vlla solicitudine
labor & vel errore. Creaturas in esse producit, conser-
uat, cognoscit, intuetur, moderatur & ad certos fines
producit: & tamen nihil plus eum grauât aut sollicit-
ant, quām si non essent. Diuina natura est etiam æ-
mor purissimus, & spiritualis dulcedo, immensa & in
commutabilis, quem peccata nulla, siue dæmonum
siue hominū in aliquo alterare possunt: quemadmo-

Sapient. I

D. PETRI LEYDIS CARTHVSIA.

dum nec facta bona hominum & angelorum eum beatificant. Incommutabilis enim est deus . Est quoque natura diuina independens , id est , aliunde non recipit quicquam , sed seipsa est , & illimitata , id est , infinita , manet . Insuper natura diuina est sui ipsius perfectio & finis . Quapropter ad aliud non refertur , sed omnia ad ipsam , tanquam ad finem , referuntur . Est etiam ipsa plenitudo essendi , & necessitas . Idcirco non esse in infinitum distat ab ea , nec potest ei aliquid addi , quia est plenitudo essendi inseparabili . In tempore , & a creaturis nihil recipit sed quicquid digne deo ascribi potest & spectat ad essentiam diuinam , deo inest inseparabiliter , sine principio , & sine fine . Et est totum simul quod est , & aeternaliter . Est enim sua perfectio in aeternitate incommutabili . Vnde si quis aliquid dignum deo cogitaret & diceret , utinam deus haberet hoc : Respöendum esset , iam hoc habuit in aeternitate in natura sua . Nihil etiam potest deo auferri , quia incommutabilis est . Nec est aliquid superfluum aut malum in deo quod deberet auferri . Diuina bonitas , & omnia quae digne deo possunt ascribi , sunt in eo infinita , & incepit mutabilia . Potentia dei est infinita , inde dicitur omni potens . Sapientia dei est infinita , ideo attingit a fine usq; ad finem fortiter , quia propter infinitatem eius non potest ab illo impediri , quin aperissime sine vi- lius resistentia omnia simul penetreret , & sciat . Si que- ratur quomodo hoc fiat ? respondet sanctus Bonaventura in breuiloquio : Deus cognoscit contingētia infallibiliter , mutabilia immutabiliter , fututa praesentialiter , temporalia eternaliter , quia per seipsum essentialiter . Hæc ille . Ista sunt hominibus insueta , & non intelligibilia , qd humano modo sciendi utitur in cognitione diuinorum , sicut intelligentia creata , & mutabilia , & finita : cum deus sit increatus , immuta bilis & infinitus , Talis cognitionis humana est stupida

Sap. 3

Bonauen.

DE BONITA. DIVINA LIB.I Fol.4

& suppletur per fidem. Cognitio vero dei, est ei connaturalis, & deo attingit omnia fortiter sine vila resistentia. Per hoc autem quod disponit omnia suawiter innuitur quod deus omnia moderatur, coelestia, terrestria, & infernalia, & omnia contingentia, & incerta infallibiliter, & certitudinaliter, in tanta rerum multitudine & differentia tali facilitate, quasi non essent. In nullo impeditur, in nullo laborat, in nullo grauatur solicitudine, in nullo errat. Et haec sunt ex parte eius. Sed ex parte creaturarum disponit omnia suaviter, quia dedit illis formas, naturas, & inclinations, per quas mouentur connaturaliter ad actus & fines suos, sed non sine deo assistente, & infallibiliter dirigente, & cooperante. Nec omittit minimam creaturem (ut festucam) quam non moderatur. Sapientia igitur dei est infinita. Similiter amor dei, misericordia, iustitia, gratiositas, pietas, suavitatis, gaudium & similia quae digne deo valent ascribi, sunt in eo infinita. Etsunt eius essentia, & substantia, & non accidentia, nec mutabilia, sed semper idem, sine principio, & sine fine subsistentia, cum ipse superbene dictus, & supercolendus, & superamabilis deus, sit si biipsi principium & finis. Iuxta illud: Ego principium, qui & loquor vobis. Sanctissima enim & inseparabilis trinitas, est sibi ipsi principium, non seipsum creando, sed essendo quod est, seipso enim est nec ab alio accipit quicquam. Et est sibi ipsi finis, quia omnia ad seipsum refert, & omnia propter seipsum operatur. Vnde dicit Moses quod creauit gentes, in laudem, & nomen, & gloriam suam. Et Deuter. 26
S A P I E N S: Vniuersa propter seipsum operata sunt dominus. Et in Apocalypsi dicitur: Ego Apoc. 22. sum alpha & omega, primus & nouissimus: principium, & finis. Pater, & filius, & spiritus S A N C T U S sunt unum principium vniuersae creaturae. Et tunc principium est terminus essentialis. Quando

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

vero principium est terminus personalis, tunc
solus pater est principium filij, & pater & filius
sunt vnum principium spiritus sancti. Sed spiritus
sanctus non est principium neque patris, neq; filij.

¶ Præterea deus est supernobilissimum intelligibile, & superdesiderabilissimum amabile, & superiucundissimum coniungibile, id est, fruibile. Quando autem amatum, vel amabile, aut fruibile coniungitur amanti, tunc generatur delectatio & gaudium. Deus vero seipsum plenissime intelligit & diligit comprehendens, perfectissime quoq; sibi ipsi coniungitur, quia secundum Ambrosium in hymno, in patre est totus filius, & totus in verbo pater, & uterque in spiritu sancto & spiritu sanctus in utroq;. Quia deus tantum seipsum intelligit & diligit, quantus est. Ergo sibi ipsi plenissime coniungitur (& si dicilicet) sibi ipsi immingeritur, vel æternaliter immersus seu vniuersus est, ut semper in commutabiliter seipsum plenissime intelligat actu & amet, & de seipso in seipso delectetur & gaudeat, naturaliter, essentialiter, & substantialiter: & felicissime in seipso quiescat, quæ requies nec in minimo vñq; inquietari potest. Hæc requies est essentia diuina & incommutabilis, & perpetua felicitas. Hæc requies administrat, conseruat, & moderatur vniuersam creaturam incommutabiliter. Quæ creatura sic est coram deo, quasi non esset, ergo eum nec in minimo inquietat in præfata administratione, neq; sollicitum reddit, ne deficiat vel erret in operando, vel modificando. Omnia enim apud deum creata & perpetua sunt & incommutabilia. Nec est ibi principium, nec finis, præter seipsum (de quo supra dictum est) nec ullum tempus, nec vlla vicissitudinis obumbratio. Quod difficulter homo concipere potest, quia intelligit perphantasmata, & deo rebusq; diuinis cogitat sicut de rebus creatis, quæ habent initium & finem naturalem & tempus, & a deo dependent, alias in nihilum

Ambrosi.

Isaie. 40

Iacob. 1

DE BONITATE DIVINA LIB. I Fol. 5

cederent, suntq; limitatæ. Deus vero per suam essentiam, in æternitate incommutabili, seipsum & omnia agnoscit. Porro intelligere diuinum, est essentia diuina. Et quia essentia diuina est infinita, incommutabiliis & vna, ideo etiam diuina intelligentia seu ipsum Intelligere diuinum est infinitum, & incommutabile & vnu actus. Apud nos dicitur intellectus bonus, qui apprehendit veritatem sine errore. Et sunt multi gradus ascēdēdi per diuersas claritates intellectuum, sed laudabilior dicitur, qui fuerit vniuersalior. Intellectus vero diuinus est vniuersalissimus, & incommutabilis, ideo est optimus. Sic perscrutando singula quæ dei sunt, ut sunt, potentia, sapientia, amor misericordia, iustitia, gratiositas, &c. inuenitur deus esse bonum optimum, infinitum, incommutabile, in infinitum amabile, atq; laudabile. Eapropter, si omnis creatura multiplicaretur per modum numeri in infinitum, & vellet laudare & diligere deum sicut est laudabilis & diligibilis, non posset hoc efficere. Vincit enim deus omnem laudem, & omnem amorem. Sic enim scriptum est: Maior est omni laude, scilicet creaturali, & omni amore. Itaq; nihil est in deo. vel qd deo digne potest ascribi, quod non est in infinitu laudabile atq; amabile. Ecce quam bonus est deus noster.

Ecclesiast. 43

Diuinam bonitatem contemplari in personarum trinitate.

Cap. II.

Deus intelligendo seipsum producit verbum, vel mentis conceptum, sine quo actus intellectus esse non posset. Vis vero vel potentia intellectua dei, in quantum generans, est veraciter pater, quia ab eo viuente vita intellectua procedit, viuens in identitate naturæ, id est, verbum secundum similitudinem intellectus. Idcirco verbum dis-

DE
nomina
mens
mercede
populi
ita gen
em non
ant diffi
dido
mam
tra pref
filius an
per ergo
parte no
vo habe
primita fer
parte di
unq. primit
primum
ab dom
de facie
que en
a quo vi
finitudin
eo aut
generat
pud hoc
nomina
in diuin
in le
viratio
a habet
et quo
natur. E
cypar
D. PETRI LEYDIS CARTHVSIA.

uinum est veraciter filius. Apud nos enim qui taliter producit dicitur & est pater, & qui taliter procedit dicitur & est filius. Et ab utroq; secundum motum voluntatis procedit viuens à viuente, in identitate naturæ, & dicitur spiritus sanctus. Omne enim intellectualem actum vel cognitionem, appetitivam operatio & amor sequitur, qui in processione diuina dicitur spiritus. Sic enim nos motum appellamus, quando ab occulto principio procedit, ut patet in vento & respiratione. Vnde conuenienter (secundum quod diuina humanis verbis significari possunt) ipse diuinus amor procedens, spiritus nomen accipit. Et dicitur sanctus, quia in deo nulla est immunditia. Et quia id quod patri incommutabiliter competit, non est filio, nec spiritus sancto communicabile, scilicet generare: & quod filio incommutabiliter competit, scilicet generari, nec patri, nec spiritus sancto est communicabile: & quod spiritui sancto incommutabiliter competit, scilicet secundum motum voluntatis à patre & filio procedere, nec patri, nec filio est communicabile: Propterea pater, & filius, & spiritus sanctus sunt tres distinctæ personæ, quia esse incommunicabile, distinctam personam facit in natura intellectuali. Præterea aduentendum est, quod nomina praescripta, scilicet, pater, & filius, & spiritus sanctus nobis in scripturis tradita, perfecte exprimerre non valent tres personas in deo: Nomina quippe primo imposita sunt ad significandum res humanas, & translatæ sunt ad significandum diuina, & ideo deficiunt. In deo enim est res vel ens per naturam: in creatura vero per participationem: ideo deficit à perfectione diuina. Inde est quod nomina praefata, quibus utimur ad cognoscendum in una substantia diuina tres personas, vel subsistentias diuinas, & eternas & incommutabiles, nimis impediunt intellectum humanum ab hac cognitione. Siquidem assueri sumus per hæc

DE BONITA. DIVINA LIB.I. Fol. 6

nomina intelligere, non solum distantes homines in persona, sed etiam in substantia, ac individuo, ac numero, ut sunt pater in specie humana & filius. Vt enim vero his nominibus individuo, & numero non propriè, sicut faciunt Philosophi, sed sicut facit ecclesia generalis manifeste, sed impropriè. Hæc enim nomina pater, & filius in vsu nostro significant differentes in substantia, in persona, & in individuo. Spiritus sanctus in eo quod est spiritus, maiorem differentiam parit in vsu nostro, quia ultra prefatam differentiam denotat aliam naturam, scilicet angelicam, vel animam separatam. Summo pere ergo agendum est, vt hæc nomina in sacra scriptura nobis tradita, à significatione (prout in nostro vsu habentur) purificantur. Hoc videtur euangelista fecisse, quando filium appellavit verbum, & patrem deum, dicens: Et verbum erat apud deum, quatinus innueret alio modo in diuinis intelligendum esse patrem, & filium, quam in vsu nostro habemus. Et ex hoc spiritum utriusque non alterius esse sciremus naturæ, quam diuinæ & intellectualis, quem etiam paracletum appellat. Apud nos pater est à quo viuente procedit viuens, secundum rationem similitudinis in identitate naturæ, sed non individuo aut numero, filius est qui tali modo procedit & generatur. Procesio vero sp̄i s̄nti personalis apud nos omnino non est. Transferuntur aut hæc nomina nobis nota, ad significandum processiones in diuinis nobis ignotas & indemonstrabiles: sed nobis in scripturis sanctis notificatas & fide receptas, ubi ratio paternitatis & filiationis perfectius & verius habetur, quam in creaturis. Ideo Apostolus dicit: Ex quo omnis paternitas in celis, & in terris nominatur. Etenim id quod est perfectissimum semper est exemplar ei⁹ quod est minus perfectum secundum suum modum, ut

Ephesi. 3

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Inquit sanctus Thomas. 3. parte q. 56. art. 1. Hæc tamen translatæ nomina valde differenter sunt in deo & in nobis: actus quippe noster intellectualis, & verbum, & amor sunt accidentia, & mutabilia. Actus vero intellectualis diuinus, & virtus eius, & verbum, ut conceptus, & amor, sunt substâlia diuina incommutabili. Quia tres personæ, pater, & verbum, & spiritus sanctus sunt unus deus, ut una substâlia. A patre tamen, ut supra dictum est, generatur filius, vel verbum, & ab utroq; procedit spiritus sanctus. Manifestum est enim quod non possumus amare intelligibili & sancto amore, nisi quod actu per intellectum concipiamus. Conceptio autem intellectus est verbū, vel filius, aut proles mētis. Quapropter necessarium est, quod amor ex verbo oriatur. Ex quibus colligitur, quod spiritus sanctus à patre & filio procedit. Hæc vero præfata nomina translata ex nostro vsu loquēdī, dicuntur apud latinos subsistentiae vel personæ, quia nulla accidentia vel mutabilia sunt in deo. Essentia vero diuina dicitur substantia. Scdm autem modum græcæ locutionis, dicuntur tres personæ, tres hypotheses. Proclariori intellectu præmissorū est sciendum, quod in ipso actu intellectuali diuino, perpetuo & incommutabili, qui est ipsa essentia diuina, & esse diuinum, communicat vis intellectualis diuina generans, scilicet pater, omnem naturam, id est, essentiam & esse diuinum, verbo intellectuali, scilicet filio & pater & filius simul spiritui sancto. Testatur hoc diuinus Iohannes euangelista dicens: Sicut habet pater vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso. In eo quod dicit, pater habet vitam in semetipso, denotat naturam diuinam, quæ est via superintellectualis: & quod hanc habet non aliud, sed in semetipso, quia est ipsa vita. In eo autem dicit: dedit filio, denotat quod in actu intellectuali diuino naturali & substanciali, verbum intellectuale ac

Iohann. 5

DE BONITATE DIVINA LIB.I FOL.7.

Cipit in ipsa sui generatione incomparabili atq; per-
petua, à virtute intellectuali diuinam æternaliter na-
turaliterq; generante, hoc est à patre, vitam, scilicet
diuinam intellectualem. Et hanc habet filius sicut
pater in semetipso, & non aliunde quam à patre: sed
est filius ipsa vita, sicut pater, qd pater & filius sunt
numero vna natura, & vna vita superintellectualis
prout haec sunt in deo, secundum modum loquens
di vniuersalis Ecclesiæ. Nulla est ibi differentia, nisi qd
in actu intellectuali conceptus vel verbum procedit
per modum generationis à virtute intellectuali diuina.
Vnde verbum dicitur filius, & virtus intellectua-
lis generans dicitur pater. Qui non procedit secun-
dum vnum modum, sed est principium aliarum per-
sonarum, secundum modum supra expressum. Vnde
Augustinus: In semetipso, non aliunde, sed ipse est
vita, sic & filius in semetipso est vita. Sed differunt:
Quia pater est vita non nascendo, filius autem est
vita ex patre nascendo. Vnde ait: Dedit, non quod
aliquando filius fuerit sine vita, sed nascitur ex ea
vita. Dedit ergo, id est, vita genuit vitam. Hęc beat⁹
Augustinus: Item omnia quæcumq; habet pater (di-
cit filius) mea sunt. De spiritu sancto dicit idē: De meo
accipiet, quem dixerat à patre procedere. Nunc ad Iohan. 36
ueramus. Hoc vtq; sp̄iūsanctus accipit à filio, quod
filius habuit, scilicet, naturam & essentiam diuinam,
quam etiam à patre idem spiritus accepit, quādo ab
eo per filium processit. Accipere enim & procedere
vnum sunt, licet aliter procedat filius, videlicet per
generationem, & aliter spiritu sanctus, videlicet per
spirationem. Filius secundum modum intellectus.
Spiritu sanctus secundum modum voluntatis &
morosæ inclinationis. Et hic est necessitas naturalis
in deo, sed non coactionis. Sine verbo enim non es-
set in deo actualis intelligentia. Et sine spiritu sancto
non esset in deo actualis amor, neque fruitio. Et si

D. PETRI LEYDIS CARTHYSIA:

ne patre omnino non esset deus. Vna enim persona
sine alijs esse non potest, sed sunt æternaliter inseparabiles,
super omnia quæ naturaliter sunt vnum, si-
c ut sunt omnia existentia & creata (cum vnum scilicet
et indivisibile sit de essentia omnis rei) haec personæ
sunt magis vnu. Sunt enim vnu & perpetuum ens intelligens
& amans fruens seipso, incommutabile, suauissimum,
semper id ipsum manens. Ex his sequitur quod pater
est deus, filius est deus, sp̄us sanctus est deus: & tamen
non tres dñi, sed unus est deus. His enim tribus per-
sonis distinctis personaliter est una essentia diuina
communis, sine multiplicatione. Et quicquid deo di-
gne potest ascribi, est singulis personis commune
saluis his quæ superius dicta sunt de eorum persona
li proprietate. Vnde tres personæ sunt unus deus,
unus dominus, una virtus, unus intellectus, vnum
intelligere, una sapientia, una scientia, una ars, una
voluntas, vnum velle, unus amor, una sūsp̄sus frui-
tio, una delectatio, vnum gaudium, una felicitas: &
ne in longum eamus, omnia quæ digne deo posse
sunt sentiri, æqualiter tribus personis conueniunt in
commutabiliter. Et sunt omnia una incommutabili-
bus deitas. Incommutabilitas vero exigit in natura
intellectuali, trinitatem personarum subsistentium.
Vnde si in creatura intellectuali esset incommutabilitas,
vt in ea esset trinitas. Talis vero nulla inueniatur
creatura. Creator vero in sua natura est inco-
mutabilis, semper id ipsum quod est permanens. De
necessitate est enim, quod deus semper & æternaliter
seipsum perfectissime & incommutabiliter (& in seipso
omnia) intelligat, velit & diligat. Nisi enim seipsum
agxitum, vt infinitum amabile & bonum diligenter,
bonus non esset. In actu vero intelligendi, a patre
procedit filius invariabiliter: In actu autem dilectionis,
ab utroque procedit spiritus sanctus incom-
mutabiliter. Impossibile est enim accidens, vel com-

DE BONITATE DIVINA LIB I. Fol 8

mutabilitatem esse in deo. Intelligere dei, est sua immutabilis substantia. Diligere dei, est sua incom mutabilis substantia. Ab isto deficit omnis intellectus actualis creatura. Qui non illuminata fide & fixe intelligit incommutabilitatem dei, statim labitur in errores circa personas diuinas, fantasiantur enim multi de natura diuina, quod sit quædam intelligentia ex qua egrediuntur tres potentiae intellectivæ, scilicet, memoria, & intellectus, atque voluntas, quarum actus non sunt substantia naturæ, sed accidentia communabilia, sicut in homine. Vel fantasiantur patrem præcellentem intelligentiam, & creasse verbum, & spiritum sanctum. Sobrie est hic scriendum, ne detur simplicibus occasio errandi. Præscripta omnia propteræ tradita sunt, ut daretur informatio breuis bene sentiendi de unitate diuina, & ad evitandum errores male sentiendi de tribus sanctissimis personis, & proprietatibus earum: ut purgato intellectu atque affectu libere homo tendere possit in deum. Communiter homines nimis diuidunt & separant personas diuinas, modo cogitandi ac loquendi videntes humano, & non solum tres asserentes personas, sed etiam tres substantias, & tres deos, & tres dominios, fabricantes. Quia illud unum incomutabile non valent attingere, prout à deo traditum est Ecclesiæ sanctæ in hoc seculo attingendum. Prepter quod periculum evitandum confultum est, ut qui contemplatur diuinas personas, statim revertatur ad unitatem essentiae incomutabilis, se & omnia cognoscens & amantis, & simplificet intellectum suum ab omni multiplicitate, & intelligat unum simplicissimum spiritum oia prospicientem, & oia moderatorem, sine sollicitudine sine labore, & sine errore. Per oia intelligit oia creatam etiam minima, & intentiones cordis & cogitationes, locutiones, silentium, nutus, signa, & omnia quæ sunt, & quæ sunt, & quæ ventura sunt, & quæ esse

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

possent, quanquam nunquam erunt, quæ omnia vno
intuitu vider deus superbenedictus per seipsum es-
sentialiter, & manet unus. Dicitur in Deuteronomio
Deutero. 6 Audi Israel: Dominus deus tuus, deus unus est. O quam quanquam nobilis, simplex, diuina, aut dei præsentialis
respectus sit in animam contéplatis, aut attente oras-
tis, aut de deo deuote cogitantis, aut (tanquam docē-
te deo) scripturas legentis, aut diuinis laudes cum iu-
bilo cantantis, vbi sentitur vnitas in trinitate, & fe-
licissima trinitas in vnitate. His deficiunt nomina
ad exprimendum mentis cōceptum. O vnitas, o vni-
tas, o vnitas supercolenda, & adoranda. A qua nulla
vnquam recedere debet contemplantibus christianæ
mentis credulitas, orantis sedulitas, deuote cogitatis
vnuacitas, legentis intelligendi cupiditas, cantan-
tis iubilantisque iucunditas. Tu cuiuscumque status es
christiane, crede fidelissime subsistentium personarū
trinitatem, & tene constantissime diuinitatis incom-
mutabilem vnitatem, si gustare vis diuinæ bonitatis
suauitatem. Et tantum de primo modo cognoscen-
di diuinam bonitatem, secundum suam essentiam in
his duobus capitulis dixisse me sufficiat. Plura & ma-
iora his requirātur in scriptis doctorum ecclesiastis
corum. Tamen ex ipsis vtcungque colligi potest, quid
de bonitate diuina sit sentiendum.

**Diuinam bonitatem contemplari
in suis creaturis. Cap. III.**

DE secundo modo cognoscendi diuinam
bonitatem, videlicet ex effectibus suis,
nunc pauca dicenda sunt. Et ecce hoc
inchoando occurrit & offert se liber
omnium creaturarum, scriptus intus et
foris, magnus nimis & præclarissimus,
più cor illuminans, demulcens, & igne diuini amoris
vehementer accendens. Hicque pro cordi occurrit dis-

DE BONITATE DIVINA LIB. I. Fol. 9

uina bonitas lumine & dilectione illud tangens,
quod solum deum requirit in suis creaturis, non va-
nitatem, nec curiositatem. Huic ostiarius aperit, vt
ingrediatur & videat mirabilia dei, videlicet eius po-
tentia, omnia ex nihilo producentem, eius sapientia
omnia moderantem & ordinantem usq; ad minima,
eius amoris bonitatem atq; dulcedinem, se creaturis
per participationem communicantem. Quia enim,
secundum sanctum Dionysium: Bonum est communis
catuum suipius, solo amore deus, qui est ipsa bos-
nitas, omnia creavit ut participarent bonitatem ei⁹
mirabili varietate: & vt cuncta creata suo modo pre-
dicarent dei virtutem, & sapientiam, atq; charitatem.
Faciunt ergo verbum eius, sed in infinitum deficiunt
explicare eum: ostendunt tamen magnifice bonita-
tem eius. Propterea enim creavit deus omnia, vt suā
bonitatem ostenderet. Vnde dicit in Prouerbiis: Vni Prouer. 10
uersa propter semetipsum operatus est dominus. Sā-
etius Thomas dicit: Totum vniuersum cum singulis part. 1. q.
suis partibus ordinatur in deum, sicut in finē, in quā
tum in eis per quandam imitatiōem diuina bonitas
repräsentatur ad gloriā dei, quamvis creaturæ ratio-
nales speciali quodam modo supra hoc habent finē
deum quem attingere possunt sua operatiōe, cognos-
scendo & amando. Hæc ille. Omnis creatura, maxis-
me intellectualis, teretur querere & amare gloriam
sui creatoris, quia ab eo esse & omne bonum recipit,
& ab eo dependet, ergo bonum & gloria creatoris est
bonum suum. Creator vero tenetur querere gloriā
propriam, quia non habet ad quem se maiorem refe-
rat, & sua gloria & bonum, est omnium creaturarū
gloria & bonum. Beati in calo, optime ordinati, ves-
tissime deum agnoscunt, & syncerissime diligunt. Ex
tra cælum. i. beatitudinem, nec deus vere agnoscitur
neq; ordine debito diligitur. Imperfectum nostrum
vident oculi eius, Opera tamen eius maxima & mi-

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

nima omnia clamant: Ipse fecit nos & non ipsi nos.
Psalms. 138 Illa sunt quæ vidit deus, & erant valde bona. Pro-
Psalms. 99 pterea monet Ecclesiasticus: Sic dicetis in confessio-ne
Genes. 1 opera domini vniuersa bona valde. Operator vero
Ecclesi. 19 eorum est bonus in infinitum. Hæc in generali dicta
sufficiant.

Diuinam bonitatem contempla-
ri in verbi incarnatione.

Cap. III.



Vnc ad quædam particularia descens-
damus. Inter omnia opera dei, excell-
entius nobis manifestat diuinam bo-
nitatem incarnatio verbi dei. Opus
istud diuinum non est nobis cognos-
cibile nec penetrabile, præ excellen-
tia sua bonitatis. Vnde dicit beatus Gregorius in ho-
milia: Incarnationis mysterium humanus oculus pe-
netrare non sufficit. Inuestigare etenim nullatenus
potest, quomodo incorporatur verbū, qnō summus
& viuificator spiritus intra vterum matri anima
quomodo is qui initium non habet, existit & concis-
pitur. Hæc Greg. In hoc opere manifestauit deus
bonitatem suam vltra omnia opera sua, iuxta illud
Snauis dominus vniuersis, & miserationes eius super
omnia opera eius. Sed in isto incomparabiliter sua-
uior est, & in misericordia profusior. Nullus intelle-
ctus capere potest hanc diuinam dignationem, ad ha-
mani generis salutem. Quid est homo putredo & fi-
lius hominis vermis, quod diuina maiestas tā excell-
enter memor facta est eius. Quis digne cogitabit,
collaudabit, & amabit dulcedinem domini, amorem
eius, misericordiam eius, gratiositatem, pietatem, cle-
mentiam, & cæteras virtutes secundum proprias si-
gnificationes sumptas, alia quoq; charitatis opera hu-

Greg.

Psal. 144

Iob. 25

Psalms. 9

DE BONITA. DIVINA LIB. I. Fol. 1.

mano generi in hoc opere incarnationis impensa?
In hoc enim relucet maxime diuina iustitia, quae
peccata hominum inulta dimittere non potuit. Ecce
quā bonus deus, plenissime mali immunis. Non
potuit tolerare malitiam peccatorum, quin expiatet
eam, etiam per propriam passionem & mortem. Istud
requirit singularem attentionem & indagationem,
ad cognoscendum bonitatem diuinę æquitatis & iu-
sticie. In infinitum deus optimus elongatus est ab
omni peccato. Vult etiam saluandos elongari ab
omni peccato, nec curat holocausta, etiam Christi.
Vnde dicitur in Psalmo: Si voluisses sacrificium de- Psalm. 50
dissem utiq; holocaustis non delectaberis. Sacrifici-
um deo spiritus contribulatus, vbi innuitur dolor
pro peccatis (cor contritum) vbi innuitur plena auer-
sio à peccatis: quia puluis contritus non hæret, sed
vento tollitur (& humiliatum deus non despicias) qz
reputat se pœnitens omnibus vilorem coram deo.
Sine hac pœnitentia, passio Christi non saluabit pec-
atorem. Nunquid carnes sanctæ auferent à te malis
tias tuas ait Ieremias. In hoc opere exhibuit deus
intellectuali creaturæ elenodium preciosissimum, sua
uissimum, amabilissimum, omni laude & amore dis-
gnissimum, dulcissima memoria iugiter reuoluēdū.
Opus stupendū, & admirabile nimis. Verus perfec-
tus deus, verus & perfectus homo, simul est vna per
sona, idem ipse viator & comprehensor, plenus omni
gratia & veritate sapientia quoq; & sciēcia omnibusq;
virtutibus, ab instanti suæ conceptionis: totus desis-
derabilis & amabilis. Verissimus etiam amator, qui
in se recepit causam nostram nimis malam, plenissi-
mo gaudio & charitate, qua maior esse non potest,
vt patri gloriam per Adam & nostra peccata ablata
restitueret, & nobis errantibus & peccatoribus in-
gratis & desperatis, daret salutem amissam. Iedam do-
minus Christus opus nostra salutis fidelissime

Ieremī. 22

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

executus est, ut patet ex eius vita, persecutionibus,
tristitijs, iniurijs, paenit, tormentis crucis, & amaris-
sima morte. Cuius operis difficultatem, atq; amari-
tudinem, ipse plenissime praesciebat. Qualis autem
fuerit, quod fuit conceptus de spiritu sancto deo, &
natus ex Maria virgine, ex nobilissima stirpe totius
generis humani orta, tota veteris ac noui testamen-
ti series ac prophetarum oracula edocent evidenter
Quam autem fuerit bonus, amabilis, speciosus præ
filii hominum, facundus, splendidus, quam suavis
in moribus & verbis, quis digne cogitabis? Vere flos
est humanæ naturæ dominus Iesus. De quo dici-
tur in Isaia: Egredietur virga de radice Iesse, & flos
de radice eius ascendet. Hic est iustus noster, inquit
Ieremias, id est, iustificans nos. Et Isaia: Propter
Sion non tacebo, & propter Ierusalem non quiescā,
donec egrediatur ut splendor iustus eius, & saluator
eius, id est, dominus Iesus, ut lampas accendatur
Et videbunt gentes iustum tuum (id est dominum
Iesum iustificantem nos) & cuncti reges inclytu-
mū: & vocabitur tibi nomen nouum (id est, Iesus sal-
uator) quod os domini nominavit. Et eris corona
gloriae in manu domini, & diadema regni in manu
dei tui. Quid gloriosius his verbis dici posset, vel ali-
eui ascribi? In exhibitiōe vero horū ducantur in me-
diū ipsius domini Iesu stupenda, admiranda, glos-
sificanda, quæ fecit multiplicia miracula, eius glorio-
sissima resurrectio & admiranda ascensio, & clarissi-
mus eius cum omnibus angelis & sanctis aduentus
ad generale iudicium, & regni eius imperpetuum fir-
ma possessio. Ipse dominus Iesus instituit septem fa-
cramenta, per quæ nobis profluūt ipsius merita, gra-
tiae & dona. De gratijs eius, donis atq; virtutibus ta-
cemus: Pater enim diligit filium, & omnia dedit in
manu eius. Non enim ad mensuram dedit filio spiri-
tum, sed misit eum plenum gratiæ & veritatis. De cu-

Isai. 11

Ierem. 33

Isa. 62

Iohann. 3

DE BONIT. DIVINA LIB.I. Fol.ii

ius plenitudine nos omnes accepimus. De hoc incarnatio
nationis opere, & vita sanctissima, passione quoq; &
amarissima morte dei incarnati, scripserunt docto
res illuminatissimi, & homines vtriusq; sexus deuoti
ad quorum scripta contemplantes remitto, cum hic
modicus tractatulus talia recitare non posset. In hoc
ergo opere excellentissimè incarnationis videre possi
sumus quām bonus sit deus.

Diuinam bonitatem contemplas
ti in virginē beatissimā Maria.

Cap. V.

POST excellentissimum opus diuinę in
carnationis, quod est ipse dominus Ies
sus, filius dei & virginis, maxime inspi
nuans nobis diuinam bonitatem, consi
derandum venit aliud etiam valde præ
clarum & mirabile opus diuinā boni
tatis, videlicet ipsa gloria virgo Maria, mater dei
& hominis. Hęc ex nihilo creata, tantam gratiam in
uenit coram deo, quo eligeretur in matrem dei. Ut
autem in tali officio, arduo nimis, viueret, & ageret
omnia sine opprobrio, & nō admitteret in cogitatio
ne, in locutione, in verbo, in signis, in nutibus, in fa
ctis, neq; operibus, neq; in omissionibus aliquid, qd nō
deceret matrem dei, data est ei plenitudo gratiæ. Hic
est quod nunquam offendit deum, nunquam disipli
cuit, sed semper placuit, vt pote ab omni peccato ori
ginali & actuali dignissime præseruata, & aptata per
spiritum sanctum vt per omnem modum digna esset
semper dici & esse mater dei, regina cœli, & domina
vniuersæ creaturæ. Igitur ab angelo officiosissime
salutata, concepit de spiritu sancto filium dei, quem
virgineo vtero gestauit, virgo permanens peperit, &
patris diuini ac suum vnicum verum filium, & vnam

B 3

D. PETRI LEYDIS CARTHVSIA.

in diuina ac humana natura personam adorauit, paniculis inuoluit, osculata est, lacte aluit virginneo, & usque in virilem etatem educauit, cum eo habitauit & conuersata est sine querela, imitatione Christi perfectissima. O qualis erat vita talis matri, cum tali filio, tanto tempore. In passione Iesu filij sui, fuit Maria afflictione ac co-passione singularissima, utputa talis mater, tali filio, in tali necessitate compatiendo. In resurrectione & ascensione filij sui, fuit gaudiosissima. In persecutione ecclesie, & praesentis vita miseria & dilatione gloria patientissima. In assumptione vero & glorificatione eius in anima & corpore super omnes choros angelorum, tunc, & nunc, & imperpetuum est gloriosissimum. Per omnia benedictus deus, qui tantae excellentiae opera compleuit, cum Maria virgine & matre sua dignissima nobisque miserit tam dulcem matrem, tam fidelium aduocatam, tam tutum refugium in ea prouidit, ad declarationem suae eximiæ bonitatis, ut quisquis fidei corde eam honorauerit eiusve patrocinium implorauerit, in aeternum perire non possit.

¶ Diuinam bonitatem contemplari in natura angelica.

Caput VI.



Estat nunc videre breuiter quomodo omnes creature praedicent diuinam bonitatem. Et occurrit primo natura angelica, quæ plus quam humana, ad imaginem & similitudinem dei condita diuinam bonitatem excellenter declarat. De ea quippe sub metaphora dicitur in Eze-

DE BONITA DIVINA LIB. I. Fol. 12

chiele. Tu signaculum similitudinis dei, perfectus decor, &ceter. Quod beatus Gregorius in Homilia exponit dicens: Dicitur signaculum similitudinis ut quo in eo subtilior est natura, eo in illo imago dei similior insinuetur expressa. Ista natura est nobis iussima, quia tota est spiritualis, intellectualis & deiformis. Et dicitur intelligentia, mens coelestis, incorruptibilis, intelligens per species concreatas & naturales, non indigens discursu in suo actu intelligendi, nec compositione, nec divisione. Haec natura est multiplicata a deo in creatione sua valde. Nam dicitur in DANIELE: Milia milium ministra bant ei, & decies millies centena milia assistebant ei. Secundum sententiam sanctorum doctorum, hic ponitur numerus determinatus pro indeterminato, iuxta consuetudinem scripturarum. Numerus enim angelorum est multis valde. Ideo dicitur in IOSEPH: Nunquid est numerus militum eius: Huic concordat sententia beati Dionysij capitulo 14. ecclesis Hierarchiae vbi dicit: Multae sunt beatae militiae supermundialium intellectuum, infirmam & coartatam superantes materialium secundum nos numerorum commensurationem. Cuius ratio est secundum SANCTUM THOMAM: Quia cum perfectio uniuersi sit illud quod praincipue deus intendit in creatione rerum, quanto aliqua sunt magis perfecta, tanto in maiori excessu sunt creata a deo. Sicut autem in corporibus attenditur excessus secundum magnitudinem; ita in rebus incorporeis potest attendi excessus secundum multitudinem. Videlicet autem corpora incorruptibilia (que sunt perfectiora inter corpora) excedunt quasi incomparabili te, secundum magnitudinem, corpora corruptibilia. Nam tota sphæra actiuarum & passiuarum est exiguum qd respectu corporum coelestium, unde rationabile est

Daniel. 7

Iob. 23

Dionysius

part. 1. q. 5. e

articul. 3.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Quod substantiae immateriales excedunt secundum
multitudinem substantiarum materiales, quasi incom-
parabiliter. Hec beatus Thomas. Dionysius vero
Carthusiensis, ad praefata verba sancti Dionysii sic
inter cetera ait: Hoc mirandum & extollendum, glo-
rificandum, ac diuulgandum est magis, quam expos-
endum. Miremur ergo pro posse, & cotis precordijs
extollamus, prae dicemus, ac vndeque diuulgemus infi-
nitam potentiam, immensam sapientiam, incomprehensi-
ibilē magnificentiam, munificentiam, superexcel-
lentiam, omnemque felicitatem & gloriam superbene
dictissimi creatoris, qui aulam supermundani sui pas-
lati, tot innumerabilibus nobilissimorum militum.
imo & principum, & regum ac dominorum agmisi-
nibus, gloriis ordinibus, splendidissimis, iucundissi-
misque phalangis ab exordio seculorum impletuit, di-
stinxit ac decorauit: ita, quod multitudine illa vehes-
menter excedit commensurationem, mētrarum, plus
ralitatem materialium numerorum ac rei apud nos
existentiū infirmā. Hec Dionysius Carthusi. Et quid
faceret dominus cum celo empyrio amplissimo, si
non impleret illud habitatoribus dignissimis? Utique
erit impletum perfectissime in consummatione secu-
li angelis & animabus gloriis. De hac natura ange-
lica, & quæ conueniunt ei, de stabilitate bonorum an-
gelorum & casu malorum, admiranda scripta sunt à
sanctis doctoribus, ad quæ contemplatiuos trans-
mitto.

¶ Diuinam bonitatem contempla-
ri in naturæ humanæ mirabi-
litate.

Caput VII.

DE BONITATE DIVINA LIB.I Fol.11



Atura insuper humana sublimiter
prædicat diuinam bonitatem. Ipsa
creata est ad imaginem & similitudinem
dinem dei, & capax diuinitatis exis-
tit per memoriam intellectualēm,
& intellectum ac voluntatem liberi
arbitrii, in qua voluntate est dulcis
amoris affectio. His viribus, simul ac interioribus &
exteriorib⁹ est exornata sensibus, decorata om̄ibus
virtutibus, ditata meritis, præmianda æterna felici-
tate. Hæc ipsa natura media est inter purissimos spiri-
tus, ut sunt angeli, & sensibiles insensibilesq; crea-
turæ. Partimq; est spūalis, partim animalis. Pulcherris-
ma mixtura, vnde resultat vna natura, quam digna-
tus est sibi cōditor in vnitate personali sociare. Nul-
lam naturam sic honorauit ac glorificauit deus. Cæ-
terum homines virtutibus decoratos & gratia, tanq;
nobilissima quædam ac fulgida clenodia, inferere de-
creuit inter omnes choros angelorum, pro ornatu
cœli, vbi corpora iustorum fulgebunt, sicut sol in re-
gno patris eorum. Hanc singularem fulgoris gloriā
non habebunt angelici spiritus. Vide quām sublimis
est hæc natura, quæ asumpta est super om̄nes cho-
ros angelorum in matre domini. Vide etiam quā
ineffabiliter gloriosa est humanitas Christi, quam
omnes cœlestes ciues, om̄es chori cœlestium spirituum
desiderant prospicere, & super se adorant hominem
deum. De humanæ naturæ creatione, & om̄ibus quæ
conueniūt ei, de lapsu eius & reparacione, de gestis p̄
hominis & prælijs ab initio mundi, scriptum est in
sacris codicibus atque historijs. De varijs scien-
tij hominum, requiriatur libri philosophorum, me-
diorum, iurisperitorum, & theologorum, & doce-
bunt præclarissima ingenia naturæ humanae. Sunt
etiam deuotorum hominum scripta, quæ innuunt re-
formatos secundum deum animos, & ad ipsum du-

Genesi. 2

Matt. 11

D.PETRI LEYDIS CARTHUSI.

cem inclinationem, ardens desiderium, perfectam vniōnem, felicemq; inhæsionem in eo. De remunerazione bonorum angelorum & hominum, in qua relucet maxima dei misericordia non sine iustitia, de pœnis vero reproborum, inquit us relucet laudabilis dei iustitia, non sine dulcore misericordiae, extat doctorum præclara eloqua. Ex his omnibus declaratur bonitas dei excellentissima.

¶ Diuinam bonitatem contemplari in omni creatura.

Caput VII.



Aturæ animalium, & bestiarum, autem quoq; & piscium, & omnium in quibus est vita, siue in terra, siue super terram, siue in aquis, & vermis reptantium, siue volantium: item vegetabilium, terrænascentium, herbarum, fructuum, & horum similiū innumerabiliū (quorum crines, & parvissimi pedes & continui motus non sunt in obliuione apud deum sed nouit perfecte omnia, & numerum omnium & moderatur ea, siue labore vel occupatione) hæc oīa prædicat maiestatem & bonitatem dei. Vnde in Matth. 10. th̄o de passeribus dicitur, quod vñus eorum nō casdit super terram sine patre coelesti, qui etiam fœnum agri pulchre vestit. Infensibilia etiam, vt sunt corpora ecclesiæ amplissima, stellæ quoq; sol, luna, & influentiæ eorū, quatuor elementa, corpora simplicia, & mixta absconsa in terræ visceribus, virtutes actiue & passiuæ om̄i creaturæ, quibus nulla earum carer, etiā minima, diuinam declarant bonitatē. Suavis em̄ vniuersorum dñs, om̄ibus creatis benignissime int̄dit, om̄ibus opitulatur, oīa bonitate ac suavitate sua replet, nullam negligit, oīa conseruat, omnia modes

Matth. 10.
Lucæ 12

DE BONIT. DIVINA LIB.I. Fol.14

yatur, sine sui vel modicissimo grauamine: tanta sua
unitate implet omnia, ut cupiant omnia in illo esse
se, in quo cōdita sunt, & naturaliter in eo permanere.
De his omnibus multa scripserunt viri scientia p̄diti
& prophetæ Ipusancto pr̄gredi. Ad quos scripta oēs
contemplatiuos, & quoscung volentes bonitatē dñi
nam contemplari aut mirari remitto, ita tamen qđ
creaturæ considerationibus non nimis immergā
tur, seu inhāreant, ne tiant creaturæ in multiplicā
pedibus insipientium. Quia &li quædam sūnt in crea
turis iucunda & vtilia, non tamen (secundum sen
tentiam sancti Leonis Papæ) sunt amplectēda nequi
ter, sed transeunda fortiter. A qua sententia innume
rabilis hoīes defecerunt. Sapientes vero semper di
uinam bonitatem, sapientiam atq; pr̄sentiām cons
iderantes, mirantur, qua cuncta lustratur & pers
pic̄t in vniuersa creatura incommutabiliter etiam in
tentiones cordis oīm angelorū & hominum, imo &
dæmonum & hominum damnatorū & verba, & fa
cta, & reliqua omnia, contemplans, q̄uo ex nihilo oīa
creauit, in esse conseruat, moderat vniuersa, in tanta
magnitudine & diuersitate, & contingentia varieta
te, sine defectione, sine fatigatione, sine errore & oīa
disponit in fallibiliter ad proprios fines, & ordinat sua
uiter nullo impediēre, quamuis nobis videant multa
esse impedimenta. Verissime oīa corā ipso sunt quasi
non essent: ergo nullā molestiam ei inferunt. Vnde
si crearet innumerous mundos, oēs illos ita regeret
sicut istum vnicum, & in quiete sua maneret idēpm
quod est incommutabiliter. Deus enim est infinitus
creatura vero omnis, quantumcung multiplicare
tur, finita est. Finiti autem ad infinitum nulla est pro
portio aut comparatio.

Sapien. 14

Leo papa.

Genesi. 1

Isaiæ. 40

¶ Diuina bonitas quomodo
inquirenda. Cap.IX.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.



Ræscripta omnia quæ prædicant
bonitatem diuinam, sunt quædam
figuræ, & enigmata ad ipsum deum
contemplandum, sed obscura & val-
de imperfecta. Igitur inuocato di-
uino auxilio, ab his figuris & ænig-
matibus abstrahamus & eliciamus
speciem diuinam, intellectum nostrum amplius illu-
minantem, & affectum amore efficacius accendentem
sicut intelligibiles species à fantasmatibus abstrahi
solent. Primo igitur conuertendo nos ad deum cons-
teinplandum & agnoscendum ex præscriptis certi
fimus: & dicamus quod occurrentes etiam nobilissi-
mæ ad videndum deum species, non sunt deus. Secun-
do, omnes tales species in contemplando à mente
excludamus. Tertio, non terreamur excludere etiā
terminos, noia & dictiones nobis à deo in sacra scri-
ptura, & à sanctis doctoribus tradita. Sufficit quod
firma fide tenemus illa, & affectu veneramur, & quā
do volumus ad ea possumus reuerti, illisq; vti, sed
in conuersione ad deum, recedant. Ante ommia mas-
xime cauendum est à terminis, qui multiplicitatè,
& gradus secum ex natura significandi deferre vide-
tur, circa simplicissimam diuinā essentiam. Simplif-
cemos igitur mentem nostram, qui simplicem deum
contemplari optamus. Ex superius descriptis ænig-
ma vnum sumamus. Deus per essentiam suam seipm
& omnia perfectissime & incommutabiliter intelligit
& agnoscit. Ecce in hoc habemus patrem & filium.
Et tantum se, quantus est, intelligit. Ergo verbum est
æquale intelligenti generanti. Seipsum deus perfec-
titissime & incommutabiliter diligit per essentiā: Et
tantum quantus est diligit. Ecce habemus spiritum
sanctum æqualem patri & filio, se diligentibus. Ecce
vnitas essentie, & personarum incommutabiliter sub-
sistentium trinitas. Pulchra figura diuinitatis, eam

DE BONITATE DIVINA LIB.I Fol.15^c

nostro intellectui breui consideratione præsentans.
Et tamen hæc quoq; recedat à mente. Remaneat so-
la simpex figura amati contemplati, plene intuentis
totam animam contemplantis. Non enim contenta-
retur anima cōtemplans, nisi consideret vel sentiret
se pfectè ac plenè ab amato videri atq;cognosci. Huc
nulla curiositas accedit vicendi, qualis sit species a-
mati, nisi quod sit torus desiderabilis & amabilis ac
verissimus amator, & nunc præsens, præsentia con-
templationis. Quando vero anima amore fructuuo
coniungitur deo, tunc pereunt omnes termini, nec
occurrit essentiæ vñitas, nec personarum trinitas:
sed dulcedo purissimi amoris spōsi cum sponsa. Qui
huius sapientiæ ignorantiam habet, roget dominum
& det ei calculum candidum, id est, intellectum à phā-
rasmatibus, & affectum ab immundis amoribus pur-
gatum: & in calculo nomen nouum scriptū, hoc est,
notitiam diuinam, & affectionem insuetam homini-
bus, quod aliter nemo scit, nisi à deo acceperit. Id qd
agitur inter deum & spiritum hominis, nemo cogno-
scit, potest tamen scire qui id ipsum acceperit. Sicut
homo bibens vinum, potest scire quid sentiat alter
bibens de eodem vino: Sed deus qui int̄imior est spi-
ritui & omni creaturæ, quam illæ sibijspis, scit quid
agitur in eis, & ipse est qui docet hanc mysticā theo-
logiam omnes dociles dei. Ieerg o orandus est, ve-
dere dignetur: homo enim homini dare non potest.
Manu ductiones tamen aliquæ dari possunt, quales
conscripterunt Dionysius Carthusiensis, & dominus
Iohannes Ruysbroech, & V. pater Henricus Herp, &
sanctæ fœminæ in suis reuelationibus.. Ita mystica
theologia excellenter ostendit bonitatem diuinam,
in qua fami liarissime dignatur suam dulcedinem, &
amorem atq; sua secreta suis amicis reuelare, etiam
indolcis & rusticis. Sancto Francisco suorum vulne-
rum stigmata dominus Iesus impressit, licet indo-

Apocal. 2.

D. Diony.
carthusi.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

cto & simplici homini, quia fuit humilis, & dominus Iesum toto corde diligens.

Diuina bonitas quo pacto gustanda. Caput. X.

Nunc procedendum est ad gustandum suavitatem bonitatis diuinæ, ut cognoscamus quām bonus est dominus deus. Bonus enim est dominus, & suavis: quorum primum spectat ad amorem, secundum ad gustum. Dicitur in Psalmo: Laudate dñm quia bonus dominus, psallite nomini eius, quoniam suave. Debemus ergo ex dono dei (qui nulli perenti negat) bene sentire de domino, & diligere eum, & gustare suavitatem eius, ad quod inuitat spiritus sanctus dicens: Gustate & videte, quoniam suavis est dominus. Et Petrus si tamen gustatis quoniam dulcis est dominus. Gustare, & videre dominum, est in mensa eius sedere. Ad quam nemo permittitur, nisi inuitatus. Est ergo donum dei. Sed mirum videtur quod gustus preferatur visioni, cum ratiō nihil ametur, nisi cognitum, secundum Gregorium & ceteros doctores, & res in se non simili est. Verum idem sanctus Gregorius dicit in Homilia: Amor ipse notitia est. Experitus enim vim dilecti, per amorem, & gustum. Experiens vero vim dilecti, cognoscit ipsum dilectum. Sicut qui nunquam bibit vinum, si ostensa sibi fuerit aqua, & sicera, & vinum, iam potest veraciter dicere nosco vinum, quia vidit vinum in differentia ab omni potabili, tamen adhuc ignorat quæ sit virtus vini, nisi gustauerit. Gustato vero vino, iudicatur, & dicit se iam primum scire quid sit vinum. Gustate & videte, quoniam suavis est dominus. Con-

Psalm. 124

Psalm. 33
1. Petri. 2

Greg. Hom.
ml. 27

DE BONITATE DIVINA LIB.I. Fol. 16

templans non scit suavitatem domini, & alia in eo, et circa eum latentia, vt sunt deo dignissime attributa nisi gustauerit. Postquam gustauerit, tunc reuertitur ad intellectum, & videt quae nunquam novit, nec no uisset etiam si mille annis scholas theologorum, si ne gusto, visitasset. Hoc figuratum est in Ionatha quando gustato melle, oculi eius aperti sunt. Sic gustata domini dulcedine, per amplius intellectus illuminatur a spiritu sancto donis sapientiae, intellectus, & scientiae. Haec enim spectant ad theologiam mysticam, cuius magisterium sibi spiritu sanctus reseruavit. Cuius misericordiam, & munificentiam, in uno care debet contemplatiuus. Videmus viros magni ingenij, memoria tenaces scholas visitare, de dei bonditate subtiliter disputare, & tamen gustum non habere: & tales quandoque contra gustum murmurare similes his sunt, qui in exercitiis externis, & in vocalibus orationibus cum bona conscientia confidunt & delectantur, sed occultos thesauros dei ignorant. Ignorata non vituperent, sed magis charismata spiritus sancti meliora desiderent. Verum est quod raro & pauci utramque a deo theologiam obtinent. Vere, vere, per omnia magni sunt, qui utramque accepunt, vt fuerunt Augustinus, Bernardus, vterque Dionysius, Thomas Aquinas, Bonaventura, & alii plures: respectu tamen multitudinis pauci. Quod valde dolendum est atque deplendum, cum omnes Christiani seculares & clerici ac religiosi sub certa regula sanctorum viventes (& illi maxime) merito gustare deberent quoniam dulcis est dominus, sicut beatus Petrus pastor ecclesiae universalis, & Christi dei vicarius omnibus cuiuscumque conditionis christianis scripsit, vt in illa perpetua dulcedine qua electi dei perfruuntur in celis, excellentiores esse possint. Gustus enim dulcedinis auget desiderium gustandi, per quod aptior redditur gustans ad gustan-

1. Reg. 14

1. Cor. 13

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

dum . Qui enim in hac vita magis amauerit deum , sublimius in æterna felicitate eum contemnabitur , & eius dulcedine perfueretur . Quia amor redit contemplantem & fruentem ad illa capaciorem , hic excluditur omnis guslus falsus & deceptorius , & amor qui non est charitas pura ,

¶ Diuina bonitas quomodo per charitatem ex totis viribus diligenda , & de tempore & impedimentis charitatis . Caput . XI



HAritas est quædam dilectio deo & sanctis electis communis . Quid vero de hac materia sentiat vir deo plenus , & omni veneratione dignus , & excellens tissime illuminatus sanctus Thomas , hic inserere volui , ut validius & efficacius omnes homines ad summum bonum , de quo loquimur , tanto authore iuuante , monere valeamus . Dicit enim sic : Cum virtus natura alis intellectus part . 1 . q . 12 . art . 5 . creati non sufficiat ad dei essentiam videndam , oportet quod ex diuina gratia supercrescat ei virtus intelligentiæ , & hoc augmentum virtutis intellectiæ lumen gloriæ vocamus . Et rursus dicit : Facultas visendi deum , non competit intellectui creato , secundum suam naturam , sed per lumen gloriæ , quod intellectum in quadam deiformitate constituit . Vnde intellectus plus participans de lumine gloria perfectius deum videbit , plus autem participabit de lumine gloriæ qui plus habet de charitate . Quia ubi est maior charitas , ibi est maius desiderium , & desiderium quodammodo facit desiderium apertum & paratum ad susceptionem desiderati . Vnde qui plus habet de charitate , perfectius deum videbit , & beatior

DE BONITA. DIVINA LIB.I Fol.17

erit. Hæc beatus Thomas, licet sint pauca verba mutata, propter congruentiam. Merito ergo deberent omnes homines ad æternam beatitudinem creare dempti & vocati, ad hoc die nocteque totis viribus laborare ut per gustum dulcedinis domini amor diuinus seu charitas in eis cresceret in hac vita, ut in futura beatiores redderentur. Ad istud vti deberent potentia intellectu, diligentissime inuestigando quomodo possent deum diligere digna de eo sentiendo, iugiter de eo meditando, & ex creaturis creatorem, eiusque magnitudinem, bonitatem, amabilitatem, potentiam & sapientiam intelligendo. Istud enim est deum ex tota mente vel intellectu diligere. Ad idem vti debeat potentia sensitiva, hoc est, sensibus suis visu, auditu & alijs, quod est deum ex tota anima diligere. Ad idem quoque vti deberent potentias motu & executiuis, ad operandum ex dilectione quæ deo placita sunt. Istud est deum diligere ex omnibus viribus, & fortitudine. Et hæc omnia agere deberent ex motu voluntatis, cuius est mouere omnes potentias animæ ad actus suos. Et hoc est deum ex toto corde diligere. Et tales actus dicuntur actus voluntatis imperati. Proprius vero actus voluntatis in hac materia est diligere. Hic est actus voluntatis elicitus, quo vult dilectum, vnice placentem, vnice desideratum, vnice sibi regnantem, vnice se occupatorem, vnice possidetur, dulcissimo affectu amplecti, castissime reuereri honorare, glorificare, &c. Hic excitat vt moueat oes potentias ad proprios suos actus, vt videlicet dominus deus (iuxta præceptum suum) diligatur ex toto vt habetur in Mose & tribus euangelistis. Istud prece Deut. 6 ptum datum est nobis ab eo, qui nos diligit, & intendit nos beatos facere, quod non potest fieri, nisi eum ex toto diligamus, nihil supra eum, nihil æqualiter ei, nihil contra eum diligendo, quia hoc non potest stare cum eius dilectione. Si vero aliquid diligatur

C

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

propter eum, sicut diligimus nos met ipsos, & proximum nostrum & alia, hoc non contrariatur dilectioni totali deo impensa: Imo talis dilectio cadit sub præcepto.

Citraq pro augmento diuinæ dilectionis seriose deberent omnes infatigabiliter laborare, ex consideratione diuinorum operum, ex immobili consideratiōe & gustu diuinæ præsentiae & similibus, vt cum nomē dei nominari audirent, statim spūs eorum in gaudiū & iubilationem excitaretur & laudem. Sicut excitas tur homo noscens probitatem boni alicuius viri, si audierit eum a colloquentibus nominari, statim protrumpit sine deliberatione in laudem eius & amorem non prius reuoluēdo singula bona opera eius atq; beneficia, quem forte nunquam vidit, sed illa omnia in vna specie intelligibili occurrunt ei statim in momento. Tales erant fideles in primitiua ecclesia, diuinno amori, & gustui eius atque augmēto insistentes, vt etiam alacres ad martyrium occurrerent. Vnde legitur, quod quādam mulier parvulum exhortando & ad manum trahendo, ad martyrium perdus xit. Nunc tantus teor credentes depresso, vt sint quasi infideles toto corde immergentes se rebus temporalibus & pereuntibus & obscenis voluptatibus vanisque honoribus. Pro quibus acquirendis abutūtur ingenio suo & sensibus corporis, & animæ viribus contra præceptum de diligendo deum in his potentijs ex toro datum, in tantum quod etiam moniti ne deum offendant non curant omnino. Et deo in spectante audent turpitudinem atque nequitias suas exercere, vt ipsis dominus dicere queat: Proiecistis me post corpus vestrum, sicut dixerat ad Dauid. Stat enim deus post tergum fornicantium & omnium peccantium & videt omnia, & illi non curant. Audas et prouocat deum. Etenim quia non profertur

Deut. 6

3. Reg. 14

Iob. 12

DE BONIT. DIVINA LIB.I. Fol. 18

eito contra malos sententia , absque timore villo
filij hominum perpetrant mala . Interim deus ha-
bet patientiam . Vnde dicit : Tacui , semper filui , pati-
ens fui . Sed qui nunc est patiens , post erit redditor .
Vnde dicitur : Altissimus est patiens redditor . Nam
aliquando expectat per totam vitam , & tunc post
hanc infert grauissimam gehennæ pœnam . Quapro-
pter monet Apostolus Romanis scribens : ne diuinit̄
bonitatis dei & patientiæ , & longanimitatis contem-
nantur , quia duritia & impunitas cor thesaurizat
iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei . Idem
innuit in E C C L E S I A S T I C O : De Eccle. 5
propiciatu , inquit , peccatorum noli esse sine metu ,
neque adiicias peccatum super peccatum , subito es-
tim veniet ira illius , & in tempore vindictæ disper-
det te .

Eccles. 8

Isaiæ. 42

Ecclesi. 5

Roma 2.

Eccle. 5

Sed quid remedij dabimus his , qui proni sunt Genesi. 8
ad malum ab adolescentia sua , nec amore diuinæ
bonitatis alliciuntur ad gustandum quam suavis &
dulcis est dominus . Forte prodesse poterit illud Ec-
clesiastici : In omnibus , inquit , operibus tuis memo-
rare nouissima tua , & in æternum non peccabis . In
morte quippe hominis (quæ omni die imminet) res
linquentur omnia temporalia simul , siue res , siue vo-
luptates , siue honores & cætera omnia . Et tunc
per sententiam irreuocabilem iusti iudicis , ibunt tas-
suum amatores cum verme immortali in ignem , in
tenebras & in supplicium æternum . Hoc dominus
Iesus amator noster nolens nos perire , annuntiavit
nobis per prophetas & E V A N G E L I S T A S Isaiæ. 66
suos . Sed amatores diuinæ bonitatis , ibunt in
vitam æternam , in gaudium domini sui , ad vi-
dendum primam veritatem sicuti est , ad amadū sum-
mam bonitatem , ad fruendū suauissimo fruibili , ad

Eccl. 7

Mat. 18. 23

Marc. 9

C a

D. PETRI LEYDIS CARTHV.

cantādum gaudiosissimū Halleluia; quod est laus cō
surgens ex dei cognitione & amore atq; fruitione.
Hæc laus perfecta erit in cælo. In terra ecclesia dei
nititur hanc laudem impendere, sed imperfecta est
Imo plures ignorant quid in laudibus diuinis dicē
do halleluia, agant. Sonum paschale faciunt sicut cui
culæ. Plurimi & ad præfatas monitiones habent aus
res clausas, quia non habent aures audiendi secundū
dum mandatum Christi, & apertis oculis sicut Dathā
& Abyron'ac socij eorum vadūt versus infernum in
peccatis mortalibus viuentes.

Luc. 8
Numer. 16

COiuina bonitas charitasq; in deum
quomodo disponere debeant
hominem ad bonam
mortem.

Cap. XII.



Psal. 33

Eccle. 8

Iohann. 5

MNES mortales communiter desides
rant bene mori. Nec mirum, cum ex
bono fine pendeat tota salus nostra.
Ideoq; bene mori est magna ars inter
omnes artes. Sed pauci comparatione
applicant se ad discendum istam artem
Pessime tamen habebunt qui hanc ignorauerint. Ius
xta illud: Mors peccatorum pessima. Et optime habe
bunt, qui nouerunt hanc artem. Quod innuitur, vbi
dicitur: Ego cognoui, quod erit bonum timentibus
deum, qui veretur faciem eius. Loquitur vero de vi
ta futura. Imo optime eis erit, quia transient de mor
te in vitâ. Propter duas causas mors redditur nobis
terribilis ac formidabilis, sicut testatur Philosophus,
dicens eam esse terribilissimam. Prima est destructio

V.
languis
tione,
ficta dei
ficta est
nis diec
cur aut
ent aut
secund
Dath
num in
eum

defid
cum ex
nofer,
rs inter
ratione
narem
rim. Iu
ne habe
ur, vbi
embod
o de vi
de mot
ur nobis
sophis
firmit
DE BONIT. DIVINA LIB.I. Fol.19

naturæ. Natura enim humana consistit in anima & corpore coniunctis. Quæ natura à deo creata est, ut perpetuo ita maneret. Sed propter peccatum homo mortalis factus est, ex sententia domini dicentis: De ligno scientiæ boni & mali non comedes. In quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris. Quapropter natura abhorret animæ & corporis separationem sicut extremum malum eius: & maxime quādō est adhuc fortis & bonarum conditionum vietæ præsentis. Tunc enim est violentia maior, quæ reddit eam amariorem, ut dicitur in Ecclesi. O mors quam amara est memoria tua homini pacem habenti in substanciali suis, viro quieto, & cuius viæ directæ sunt in omnibus, & adhuc valenti accipere cibum. Secunda causa reddens mortem terribilem, est incertitudo æternæ salutis. Iuxta illud: Nescit homo utrum amore an odio dignus sit, sed omnia in futurum servantur incerta. Et: Si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Quia quantumcunque aliquis sit malus usq; ad extremum, adhuc potest per dei gratiam iustificari antequam spiritus egrediatur. Et bonus potest se à deo auertere propter mutabilitatem liberi arbitrij. Homines perseverantes in malitia sunt certi, q; à diuina bonitate separabuntur, nisi subito per gratiam mutati fuerint. Sed hoc sit in extremis valde raro. Dicit enim Apostolus Petrus: Si iustus vix saluabitur, impius & peccator ubi parebunt? Idcirco toto studio declinandum est à statu taliter mortuentium. Saluandi declinare debent peccata propter amorem dei, & non quia facultas peccandi defert eos.

¶ Homines in bona vita perseverantes usq; in finem, morali certitudine certi sunt de futura beatitudine. Magni sancti per reuelationem fuere certificati. Apostolis dixit dominus: Gaudete quod non mina vestra scripta sunt in celis. De quibus segregat

Gen. 2. & 3

Ecclesi. 4x

Eccles. 9

Iob. 9

x. Petri. 4

Lucæ. 10

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

uit Iudam, dicens: Nonne ego vos duodecim elegi? & ex vobis unus diabolus est. Dicebat autem de Iuda Simonis scariothis. Itemque: Vnde autem homini illi per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. De eadem certitudine videtur loqui Apostolus Petrus singulariter de seipso: Certus sum, quod velox est depositio tabernaculi mei, secundum quod & dominus noster Iesus Christus significauit mihi. Quae manifestatio non fuisset utique gratiosa, nisi fuisset de certificatione salutis æternæ gloria. Idem potest intelligi sans etum Paulum significasse de seipso, ubi ait: Certus sum enim, quia neque mors, neque vita (& post multa concludit) neque creatura aliqua poterit nos separare a charitate dei, quae est in Christo Iesu domino nostro. Et ad Timotheum: Scio, inquit, cui credidi: & certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem. Vel hoies boni sunt certi non per diuinam reuelationem, sed per probabilem conjecturam. Quae certitudo est in moralibus, & in humanis agibilibus requirenda. Disciplinati enim est in tantum certitudinem inquirere secundum vsnumquodque genus, in quantum natura rei recipit secundum quoddicitur primo Ethicorum. Quapropter maiorem certitudinem inquirere indisciplinati cordis est. De hac certitudine videtur loqui beatus Petrus: Fratres satagit, ut per bona opera certam vocationem vestram & electionem faciat. O quam iucunda erit haec certitudo atque securitas in mortis hora occiso per amorem dei vermiculo, qui non moritur in damnatis: ut supra probatum est. Hanc certitudinem omni industria & conamine desherent sibi omnes mortales acquirere. Haec enim per maxime auferit formidinem mortis. Et præcipue, quando ortum habet ex exercitio diuini a-

Iohan. 6

Matth. 26

2. Petri. 1

Roma. 3

2. Timo. 1

Philosop.

1. Ethico.

2. Petri. 1

Isaiæ. 66

DE BONITATE DIVINA LIB.I Fol.20

moris & gustu dulcedinis domini. Et accepta fidu-
tia adoptionis filiationis dei (quia tunc sentiunt se
hæredes dei & cohæredes C H R I S T I & fili-
os dei) timorem mortis abiiciunt & secure moriun-
tur. Filii enim boni non verentur carcerem, neque
tortores, sed ipsi eos. Charitas enim, id est, amor
filialis foras mittit timorem. Tales filii dei non co-
gitant de inferno, nec purgatorio, neque iudicio, sed
mors est illis in desiderio & vita in patientia. Hoc
sancti martyres euidentissime exhibuerunt. Ecce
hæc certitudo quantæ sit virtutis, quæ tollere potest
illa duo superius expressa quæ faciunt mortem terri-
bilem & formidabilem, & efficit eam dulcem atque
amabilem. Vnde totus accensus diuino amore be-
atus F R A N C I S C U S ait: Bene veniat
soror mea, mea mors. Tædiosum esset adducere
exempla innumera sanctorum, qui gaudenter mori-
tui sunt. Qui igitur desiderat bene mori, discat ar-
tem bene moriendi, & feliciter atque gaudenter mo-
rietur. Ars ista sufficenter ex superioribus habe-
tur. Ipsa est enim, diligere deum ex toto corde, ex
toto intellectu, ex tota anima, & ex omnibus viribus.
Et gustus præstat fiditiam. Moriens enim debet
occurrere deo suo voluntate conformi in omnibus
diuinæ voluntati, plenissime ab omni deformitate
emundata. In qua voluntate est affectio, quæ non
debet diligere nisi deum solum vnice, & quæcumque
amabilia in deo vel propter deum. Nec debet qui-
escere vel delectari nisi in eo, q[ua] est per essentiam & na-
turam solus bonus & delectabilis atque fruibilis. Hic
solus erit desiderium, gaudium, pax, quies, beatitudo
& omne bonum morientis.

Moriens debet occurrere deo suo per suam intel-
ligentiam mundatam ab omni perfidia, illustratam
diuina agnitione in vera fide, sine qua impossibile est

Roma, 8

Iohann. 1

Ioha. 4

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

placere deo, & visitatam ad inuestigandum, legendo, meditando, & contemplando, ea quæ conducere possunt ad diligendum deum. (Hoc enim requirit diuinum præceptum) & non ad curiositatem vel exercenda peccata, vt faciunt mali homines, de quibus dicit propheta: Sapientes sunt vt faciant mala: bene autem facere nescierunt. O quantum conductet tunc pro consuetudine, statim per species & enigmata (de quibus superius dictum est) posse libere tendere in deum, & bene sentire de eo, vt subito totus affectus disuini dulcedine amoris rapiatur & accendatur desiderio videndi eum,

Heb. 11

Deutero. 6

Math. 22

Ieremi. 4

Sapien. 7

Ecclesi. 15

Psal. 38

O religiosi tepidi, o canonici, sacerdotes & cleri ci carnales, qui habetis prouisionem necessariaorum competetem, & tamen immarginitis vos cupiditatibus rerum iamiamq[ue] finiendarum, & negligitis extremam horam, quam vt felicem habere possitis, merito totam vitam vestram impendere deberetis. Quid respondebitis deo qui habetis sacros codices, & legem in vobis viuendi præscripiam, & spiritualem vitam, quam te nemini ducere. Et in his vere portatis thesaurum preciosissimum quo tamen non vtimini. Vos deferitis panem angelorum & cibum preciosum: quem tam non guttatis. De thesauro isto dicitur per Sapientem: Infinitus enim thesaurus est hominibus, quo qui vni sunt, participes facti sunt amicitia dei. De illo thesauro loquitur totus liber ille sapientia: De pane prædicto dicitur in Ecclesiastico: Cibauit illum pane vitæ & intellectus. Quomodo excusabitis in stricto iudicio dei tantam negligentiam & ingratitudinem vestram? Thesaurizatis pereuntia cum magno dispendio animarum vestrarum, & nescitis quibus congregatis ea. Ego de omnibus non loquor. Deus videt omnium studia & corda. Sunt plures seculari tunica tecti, & rebus temporalibus intenti, etiam mulieres (& illæ per maxime) qui vtūtur præfato the-

lauro spūali & edunt cœlestem panem; licet plerūq;
sint literarum ignari. Plures etiam seculares nimis se
immergunt temporalibus curis, quod facere non de-
berent, cum sint christiani æterna & diuina bona
credentes & speranaes. Sed hos dimittamus, & reuers-
tamur ad morientem. Moriens debet occurrere deo
suo cum omnibus sensibus & viribus suis, quibus ve-
sus est ad amorem dei, scilicet visu, auditu, & ceteris.
Loquimur hic de gratuito amore, quæ est charitas,
non de naturali. Qui igitur occurrere potuerit deo
suo modo præscripto, utiq; illi est mors ianua vitæ
& non terribilis aut formidabilis.

Diuinæ bonitatis contemplationi
quæ præcipue vel proslint vel
obsint.

Caput XIII.



Anc moriendi artem vtilissimam oēs
discamus. Nemo se excuset, nemo di-
cat: Non possum. Quia talis similis
est inuitaris ad cœnam, qui se falso ex-
cusabant, q; non poterant venire. De- Lucæ. 14
us enim nemini præcepit impossibilia
cum suo adiutorio. Præceptum enim de diligendo de-
um ex toto, potest omnis homo implere adiutus
gratia. Sed dicunt plures: Non conquerimur de præ-Deuter. 6
cepto, sed de tanta (vt prædictum est) puritate diuini
amoris, & agustu dulcedinis nobis inex perto, per quē
amor crevit dispositiue, & ambo auferunt formidi-
nem mortis. Sentimus nos alienos, inualidos & penè
desperatos ad tantam puritatem. Ad quod ego gemē
dico: O destitutio virium animæ, O corruptio huma-
næ naturæ & pronitas ad malum, O grauis & ponde-

D. PFTRI LEYDIS CARTHVS.

rosa & difficultis sursum actio in bonum. Hæc ex languoribus animæ descendere non nego. Non tamen debemus desperare, sed inuocato diuino auxilio (qd libens dat) semper nisi ad animæ puritatem & gustū, donec quod petimus obtineamus. Labor improbus omnia vincit. Verum sicut in scholis clericorum & mechanicis artibus non omnes æqualiter artem apprehendunt: sic etiam in arte ista non omnes æqualiter proficiunt. Communiter tradentes se scholæ huius artis, tædio vincuntur propter difficultatem quam sentiunt ex fomite, quæ naturæ propter peccatum immersa est. Etiam deest eis virtus perseverantia. Ego à pueritia usq; in senectutem frequenter in alijs vidi & in meipso sensi hanc tentationem, sed eam ex dono dei vici: quamuis ex culpa mea minus profeci. Dabo ergo consilium tanquam misericordiam consequetus. ¶ Statuat is qui desiderat in hac arte proficere, quod velit experiri quid patitur aut sentit ille q; possidet munditiam cordis, & studeat huius puritati ut placeat deo. Placere enim deo propter seipsum (q; solus super omnia debet placere) erit semper finis & desiderium eius in omnibus quæ agit vel dimittit. In tantum autem desiderium mundo corde placandi deo debet in eo conualescere, vt nihil aliud sibi videatur desiderare, adeo quod in omni tribulatione, & tristitia & necessitatibus semper consuetudinem habere debeat recurrendi ad deum pura mente dilectum, tanquam ad eum in quo posuit omnem suam consolationem, spem, amorem, requiem, pacem, gaudium, finem, & omne bonum suum. Et si in conscientia bona, inuenierit se deum non offendisse, & inuenierit se ex hoc maxime gaudere, non obstantibus quibuscumque contristabilibus, tunc experietur quid sentit missus dicens in diuinorum cognitione, amore, iubilatione assecratione, & similibus. Qui huiusmodi est, non contristabitur, quisquid sibi acciderit, siue in tentatio

DE BONI. DIVINA LIB.I. Fol. 22

nibus temporalibus, siue spiritualibus, nec etiam in subtractione sensibilis amoris & gustus, sed solum peccatum vere & intime contristabit eum. Præsupponuntur hic multa quæ cor mundant, scilicet penitentia vera, ut sunt humilis & vera recognitio peccatorum propriorum, & confessio cum gemitu. Vera contritio, id est, perfecta auersio & detestatio peccatorum, quæ contritio continet tantam auersionem à peccatis, quod nulla remaneat adhæsio ex villa parte ad peccatum. Sicut puluerisato lapide ventus tollit tollit. Si quid remanserit, illud non satis contritum est. Ideo ventus non tollit, Igitur quod remansit astringit non contritum, hoc non iussit pro emundatione cordis: sed requiritur vera contritio, quæ communiter in sacramento confessionis confitenti præstatue, Tertio requiritur humiliatio cordis, ut scilicet se credat viliorem omnibus hominibus. Quod si nequierit se credere omnibus hominibus viliorem (Quod verè magna superbia est) dicat saltem deo: Non scio aliquem me viliorem. Et doleat coram deo se non posse (ut dignum esset & necessarium) humiliare. Item purificat cor vitare peccata & occasionses eorum. Declinare malam societatem & conuersationem communium hominum. Amor virtutum, & profectus in eis. Sequi consilia superiorum expertorum (Interdum superiores aliqui tamen non satis intelligunt hanc viam) Abiectione scrupulositatis. Super oia gratia dei, & quæ ex illa procedunt, fides, spes, & charitas. Studeat insuper in omni loco & tempore & occupationibus gestare cor conforme diuino beneplacito, & eleuatum à creaturarum occupationibus considerationibus atq; amoribus, & continue studeat tēdere in deū per fidem, qua intelligat infallibilem eius præsentiam, & per affectum & amorem. Et loquatur cum eo, quem habet præsentem, attendentem, videntem, audientem & amoroſe illi bona fauentem. Qui

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

enim hæc in consuetudinem duxerit, non impediēt ex cursis & occupationibus licitis & necessarijs quæ propter deum fiunt. Imo auxiliabuntur tendenti in deum tanquam causæ & negotia dei, & melius expeditur, quando in eis quæritur deus ut decet ac ostportet: quamvis puluerem proieciant in oculos mentis: sicut terrena facere solent. Huic negotio accōmoda erunt exercitia & orationes iaculatoriæ, de quibus in alijs passibus scripti, & infra super expositiōnem Psalmi: Nisi dominus ædificauerit domum, scribam. Quæ tamen præxigunt munditiam cordis in accessu ad deum, sine qua teste apostolo nemo videsbit deum in præsenti seculo in enigmate fructuose, ne que in futuro gaudiose, quia nihil inquinatum intrabit ad illum. Vnde David propheta regius primo absuluit peccata sua dicens: Miserere mei deus. Amplius laua me. Asperges me, &c. Et tunc effectū ablutiōis scilicet cordis munditiae, postulat dicens: Cor mundū crea in me deus. Et deinde gustum pertinuit, quæ pecando amiserat dicens: Redde mihi lætitiam salutaris tui. Ex gusto oritur lætitia. Gustus est perceptio gustati in sensu proprio prædisposito. Proprius vero sensus in gusto spirituali est affectus voluntatis. Prædispositio autem spiritualis est munditia. Gustabile vel gustatum est amabilis vel amatus deus, quem homo percipit ab intellectu affectus. In deo oritur gaudium in domino. Sicq; disponitur amor ad augumentum sui. Nam gustata bonitate ac dulcedine amanti, excitat & renouatur amor & desiderium ad deum. Amor quoq; rursum petit amplexum, oculum, & gustom dilecti. Exinde amplius ignescit, crescit, atq; perficitur, deo amoris augumentum, tanquam formam animæ amanti, tamquam materiæ præparatæ, infundente. Sic ergo cordis munditiam desiderum & gustum amoris dat & amor vtrunque augmentat. Et hæc fiunt alternatim & continue. Sicut enim spis

Hebr. 12

Apo. 21

Psal. 50

DE BONIT. DIVINA LIB.I Fol.23

Ritus sanctus cor mundum inhabitando hoc amplius
purgat: ita mundum cor purgatum ampliorem & fir-
miorem spiritui sancto locum præstat.

¶ Pro clariori intellectu præmissorum, notanda Aug. 2.lib.
sunt verba beati Augustini episcopi dicentis: In qua- de trini, ca
tum dei sapientiam (per quam facta sunt omnia) spi- pit 17
ritualiter intelligimus: in tantum carnalibus affectis
bus morimur: ut mortuum nobis hunc mundum de-
putantes, nos quoque ipsi huic mundo moriamur.
Non ergo immerito nemo potest facie, id est, ipsam
manifestationem dei videre & vivere. Ipsa enim est
species, cui contemplandæ suspirat omnis qui affec-
tus est deum diligere ex toto corde ex tota anima & ex
tota mente. Ipsa est species quæ rapit omnem animam
rationalem desiderio sui tuto ardenter quanto mundi
orem, & tanto mundiorem quanto ad spiritualia re-
surgentem, & tanto ad spiritualia resurgentem, quan-
to a carnalibus morientem. Hæc Augustinus. Ex
quibus colligitur, quod raptus animæ est ardenter
ex prædispositione, id est, munditia cordis, & mundi-
or ex resurrectione ad spiritualia. Quia gustata dulces-
dine domini in ardenter raptu, iterum consurgit
amor in deum: qui quanto frequentius consurgit &
magis inardescit, tanto anima rapta amplius diuinis
appropinquat & a carnalibus & creaturalibus amoris
bus magis elongatur & purificatur. Quæ quidem pu-
rificatio dum adeo prævaluerit, ut anima ad carna-
lia & omnia que mundi sunt quasi mortua videatur,
tunc per maxime valebit consurgere ad diuina intu-
enda, amanda, & gustanda.

¶ Potest tamen amor stare sine gusto. Quia gus-
tus est quoddam administriculum & ornatus diuini a-
moris: non autem ipsa amoris essentia, quoniam pos-
sit haberi & habeatur quandoque extra gratiam gra-
tum facientem. Expedit tamen gustum expetere, ut
amor dei per illum in nobis augatur, Sed malum est

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

set gustum petere propter seipsum, ut anima in eo quiescat tanquam in fine. Hoc enim esset valde detestabile, quia præferret donum dei ipsi deo donatostr. Et iam non deum sed seipsum diligenter inordinatissime, quærendo delicias spirituales (quæ utiq; oës carnales & seculares voluptates longe præcellunt) ut in eis possit quiescere & deliciari. Et hoc esset abusus pesium excellentis & nobilis doni dei laqueusq; diaboli omni deceptione plenus, per quem homo ad superbia, vanam suipius complacentiam & alia vicia &errores perducitur. Qui talis est, adhuc mundo viuit & dei sapientiam, hoc est, sapidam scientiam, intelligere non potest: quia sibi mäducat & sibi bibit, non deo, ad quem tanquam ad ultimum finem oia referre deberet & non seipsum quæret.

¶ See . 9

1. Corin. 3

3. Reg. 14

4. Reg. 23

2. Para. 24

Ezech. 5.7

36.

Isai. 64

Philip. 3

Homo enim seipsum aut alia quæ in mudo sunt inordinate amans immundus est, iuxta illud: Facta sunt abominabiles, sicut ea quæ dilexerunt. Illa autem quæ diliguntur ordinatè in deo & secundum deum, non sunt abominabilia neq; immunda: cum omnis creatura dei sit bona, & consequenter munda. Sed in ordinatus amor ad ea est immundus & facit ea immunda & nihil, quia locat ea supra deum, quod est nihil. Ideo Apostolus dicit: Scimus quia nihil est idolum, quia colitur sicut deus, cum non sit deus. Ergo est falsum ens, id est, non ens quo ad hoc, licet sit ens in propria natura, puta aurum vel lapis, ex quo factū est idolum, quod nihil est. Illud vero nihil est maxima immunditia & abominatione, ut patet ex diuersis

sacræscripturæ locis, vbi dicitur: Fecerunt omnes abominationes gentium. Et figuræ idolorum & immunitas & abominationes quas fecerunt in terra Iuda & Ierusalem, abstulit Iosias. Et in Ezechiele multa habentur de his immunditijs. Qui enim supra deum vel æqualiter sicut deū vel cōtra deū diligit aliqd aut colit; illud habet pro deo suo, id est, idolo, iuxta illud

DE BONIT. DIVINA LIB.I Fol. 24

Apostoli: Quorum deus venter est. Talis ergo anima abominabilis & immunda est. Nam omnis inordinatus amor veniale peccatum formans, inquinat cor. Eapropter vitancus est. Et si non possumus omnia venialia deuitare, possumus tamen eorum numerum minuere, ut scilicet rarius fiant, & ea non diligere, & ex proposito non admittere, deo cooperante. Igitur quicunq; vult placere deo & habere mundum cor, ne cessarium est ut sicut amorem suum auertere debet ab omni immunditia peccatorum, etiam venialium: ita etiam amorem ad seipsum, & ad dona dei mundū seruare debet, ut non in eis haereat nimium, vel tanquam in fine ultimo in eis quiescat, sed eis vtatur ad amplius deum amandum atq; colendum. Hęc omnia præscripta vtcung; instruunt hominem, quid agere debeat, ut ad puritatem diuini amoris, & eius gustū, peruenire queat. Cui etiam conueniens est exercitiū mentale Effusionis cordis, quod subsequitur.

¶ Epilogatio prædictorum, & de effusione cordis, in qua vel maxime dei bonitas contemplatur laudaturq;.

Cap. XIII.



Ortatur nos regius propheta Dauid ad cordis effusionem, in qua dei bonitas iucundissime laudatur, dicens: Effundi te coram illo corda vestra. Et propheta item Ieremias: Effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum domini dei tui. Quamuis em̄ multa sunt exercitia, per quę deuoti in deo ascendunt, & vñusquisq; in suo sensu absideret nec omnibus omnia conueniant: tamen inter omnia exercitia principatum obtinere videtur bonitatis di-

Psalm. 62

Threno. 2

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

uinæ contemplatio per cordis effusionem , tanquam finis omnium : atq; idcirco est compendiosior via in deum, quum per multa media non habeat discurrere sed tanquam finis exercitorum omnium immedias te vniat nos deo. Ipsa quippe adepta facile omnia, circa quæ alia exercitia occupantur, veniunt ad effectū. A corde enim vita procedit per totum corpus : & à voluntate quæ cordis nomine signatur, omnes animæ potentia mouentur ad actum meritorum in deum. Voluntate igitur reformata, & ex toto per animam in deum effusa, facile diligitur deus etiam ex tota mente, ex tota anima, & ex omni virtute aut fortitudine, bonitasq; dei laudatur atq; amatur. Et in istis perfectio consistit, ad quam omnia exercitia ordinantur. Et si in deuotorum libris alijs nominentur exercitorum fines, ad quos omnia exercitia ordinanda sint, sicut Cassianus & post eum alijs ponunt puritatē cordis inter omnia exercitia tenere principatum, alijs in charitatis perfectione, alijs in vsu continuo orationis, alijs in adhærendo deo, hoc tamen prædictis non est contrarium, quia hæc in re idem sunt cum effusione cordis. De ista igitur effusione dicturus, necessarium puto aliqua præmittere, quæ rudem animum primo informet de his, quæ ad hanc ipsam effusione scitu necessaria videntur.

Deuter. 6
Matth. 22
Marc. 12
Lucæ. 10

Hominis
lapsus.
Genesi. 1

Genesi. 3
Rom. 5
x. Corin. 15

¶ Deus, vt scriptura diuina testatur, hominem ad imaginem & similitudinem suam fecit, vt ipsum deum cognosceret, cognoscendo diligenter, & sic in praesenti vita per dei gratiam ipsi deo in amicitia iungetur: sed post hanc vitam gratia & amicitia dei in eterna gloria completeretur per confirmationem, ex qua confirmatione homo in anima & corpore beatusernaliter efficeretur. Ab isto felici statu omnes in Adam peccando cecidimus. Reparati vero per mediatorem dei & hominum Iesum Christum sumus, ita tamen, ut cooperari ipsi domino operanti nostram reparati

DE BONITA. DIVINA LIB.I Fol.25:

onem non piceat, aut per desidiam turpissime & confusissime non negligamus. O qualis confusio est in oculis domini & omnium beatorum, quod dominum nostrum videmus usque ad defensionem virium & ipsius vitae laborare pro nobis veribus, & quod nos tamen vacare querimus & audemus, imo & deliciari.

Debemus ergo studiosissime intendere ut co-operante domino imaginem eius in nobis reformemus: praeferim in intellectu, ut cognoscamus necessaria ad salutem, & qua sit voluntas dei. Non enim possumus voluntatem nostram diuinæ voluntati conformare, nisi sciamus eam. Sine fide etiam impossibile est placere deo: nec potest cœcus ambulare ut non offendat. Oculus autem animæ intellectus est: Quapropter vacare debemus sapientiæ, quisq; secundum statum suum, legendō, meditando, interrogando & audiendo, ut reformatur intellectus in cognoscendo deum, propter quod creati sumus, & sic anima fiat videns, & discernere sciat verum à falso, bonum à malo, & dirigere noscat gressus suos versus paradisum quondam clausum, modo per Christum apertū omnibus tendentibus in eum.

Verum est tamen non tantam esse deformationem in intellectu, sicut est in voluntate. Et citius reformatur intellectus circa ea quæ sunt de necessitate salutis, quam voluntas. Voluntatem ergo reformatio secundum ea quæ videre poterimus (deo animæ nostræ irradiante) ipsius dei dilectionem & amicitiam recuperabimus. Quibus adeptis & perseverantibus in nobis nulla cura de futuris, hoc est, pro æterna gloria, nobis inesse debet (nec mercenaria seruitus subrepatur) sed Christus dominus pro filiis suis, quos sanguinem suo acquisiuit, solitudinem paternam habebit: cui nos totaliter committere debemus. Parentum quippe est thesaurizare pro filiis, ut ait Apostolus. Totaliter ergo applicare nos debemus ad refor-

D

Intellectus
quomodo
reparan-
dus.
Roma.12
Hebr.11

Voluntatis
reforma-
tio

Apocal.1
2.Cori.11

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

mationem voluntatis, quatinus totaliter, id est, perfecte, subdatur deo: per quod veraciter libera sumus a vicijs & dæmonibus, sed prorsus ab omni creature (etiam a seipso) quibus omnibus male subacta seruiebat. Transcendit etenim supra omnia etiam virtus se per amorem in deum, qui est liberrimus, & cum eo fit liberrima & unus spiritus, habendo cum eo usum velle & unum nolle: quod proprium est amicitiae. Vnde quanto quis perfectius deo per unitatem voluntatis coniungitur, tanto maior amicus efficit.

¶ Idcirco ut amicitia perdita perfectius recuperetur, debemus perfecte nostræ voluntati mori. Circa quod sciendum, quod voluntas sic creata est quod non potest velle nisi bonum. Est autem bonum aliud verum, aliud vero falsum & apparens. Liberum aut

Liberum
arbitrium

Augustin.

arbitrium in hoc consistit, quod sine coactione elegit hoc vel illud. Voluntas vero hominis debebat semper verum bonum volendo & eligendo esse bona & diuina, ad hoc quippe est creata: sed quia homo abusus est libero arbitrio eligendo apparens bonum, ideo secundum Augustinum in Enchirid. se & liberum arbitrium perdidit, intantum ut differentia facta sit inter voluntatem propriam & voluntatem diuinam in ipso homine. Et dicitur diuina in homine quæ conformata legi diuinæ: propria quæ est scđm corruptio nem & perditionem. Perditum autem dicitur liberum arbitrium, non quasi non possit libere aut incoacte eligere (quod tolleret rationem merendi & demerendi) sed quia non est liberum seu non habet libertatem a culpa & a miseria. Posse enim peccare non est posse, sed deficere & non posse. Liberi enim arbitrii esse dicimus, quia domini sumus nostrorum actuum, libere videlicet eligendo actus, non autem quia peccare possumus. Deus enim & angeli sunt liberi arbitrii, & tamen non possunt peccare.

¶ Declinando autem a culpa per liberum arbitriū

industria magna indigemus & labore (cooperante etiam gratia diuina) propter cœcitatatem intellectus, quia sœpe fallimur circa bonum eligendum, & propter passiones & concupiscentias quæ regnant in nobis, atq; propter tentationes dæmonum & seculi, impelliunt ad malum. Et hæc est magna miseria (ut ita loquar) libertatis nostræ, quæ quasi captiuæ tenetur. Et nisi se quis excusserit ex hac captiuitate præsentis miseriæ, incidet in futuram æternam miseriæ, in q; indurabitur in malo, nec reducetur ad verum bonum: propter quod tamen creatus est. Proinde veraciter canit ecclesia: Deo seruire regnare est. Quia conformato voluntatem nostram deo cum exhibitione operis (quod est ipsi seruire) liberi efficiuntur ab omni creatura, maxime à seruitute dæmonis & vitiorum; atq; concupiscentiarum, & in libertatem filiorum dei constituiuntur regnaturi cū deo patre nostro in æternū.

Augustin.

De hac libertate dicit beatus Augustinus super Psal.

17. Dominus dabit suavitatem & terra nostra dabit fructum suum, ut bonum opus fiat, non timore, sed amore, non formidine pœnæ, sed delectatione iustitiae. Ipsa est enim vera & sana libertas. O beata anima talis, cuius oculi aperiuntur ut videat felicitatem huius libertatis, & experiatur gaudium dulcissimum & omni dulcedine dulcius huius regni, nedum in futuro, sed etiam in præsenti.

De reformatione voluntatis, gustus
interioris renouatione, ac perse-
uerantia laboris, necessarijs
vt dei bonitas sen-
tiatur.

Caput XV.

D. PETRI LEYDIS CARTHUSIA.



Gitur pro hac felicitate adipiscenda & dei amicitia recuperanda, propriae voluntati renunciemus: prout supra iam tactum est. Ad hoc enim instituta videtur omnis religio. In ea quippe propria voluntas in alterius arbitrio collocatur & quasi religatur: ut si velit male agere, ab alio teneatur & quodammodo cogatur bene agere. Sed quia non sufficit mala non agere, nisi quis studeat bonis operibus insudare: qui mala iam opera cum prava voluntate in se succidit, debet inquirere qualiter bonam & diuinā voluntatem in se possit acquirere cū operibus bonis. Voluntas vero bona & reformata est, quæ se totaliter (id est perfecte) subdit & conformat diuinis præceptis. De quo dominus: Qui habet mandata mea & seruat vel facit ea, ille est qui diligit me. Voluntas enim bona nihil aliud est, quam dilectio dei. Hoc em dicimur velle quod diligimus, si proprie loquamur. Dominus autem præcepit se diligi ex toto (id est perfecte) ut sc; nihil de mandatis suis relinquamus, nec velimus unum seruare & aliud negligere: sed ex toto & perfecte omnia seruare debemus, ne aliquid contrariū ipsis in corde, hoc est in voluntate, & in omni regno arbitrij eius, id est, in mente seu intelligentia, in anima, id est, in sensualitate, in fortitudine, id est, in actione permaneat.

Iohan. 14

Deuter. 6

Marth. 22

Marc. 12

Lucæ. 10

Cesta reformatio voluntatis secundum præcepta diuina est omni homini necessaria de ratione salutis Nihilominus stat cum multis imperfectionibus & etiam peccatis venialibus, quæ charitatis seruorem impediunt & ad interitum militant reformatæ voluntatis. Oportet ergo ascendere ad altiorem & perfectiorem reformationem, ut similitudo in nobis reparetur conditoris, videlicet ut oē peccatū prorsus quemcumque paruuī, à nobis repellamus. Et si viuere

DE BONIT. DIVINA LIB.I. Fol. 27

sine omni veniali nequimus propter conditionem
labilis huius virtutis, salte ex proposito & libero consen-
su non admittamus etiam pro morte evadenda aliquod
veniale peccatum, propter reuerentiam domini &
patris nostri praesentis atque omnia prospicientis: sed
displaceat ipsum peccatum, quanquam paruum vide-
atur & ipsi nobis. Per hoc mirabiliter liberabitur vo-
luntas a culpa venialium & rarius fient. Sic ergo
omne peccatum a voluntate repellere debemus, siue
magnum siue paruum: si tamen paruum dici potest,
quod, scienter nolente deo committitur: qui odit o-
mne peccatum. ¶ Nullo itaque modo admittamus
quod vtcunguis displicere deo perpendimus. Et nota-
dum quod non solum peccatum deo displicet, sed e-
tiam quod minus bonum est: quanquam ad illud sim-
pliciter non obligemur, & sine peccato possit omitti
(peccatum enim omissionis est, quando id omittitur
ad quod vtcunguis obligamur, & non alias) sicut ea que
sunt supererogationis, ad que non obligamur. Ex isto
ascendere debemus, vt velimus omnia que deo pla- Dei bene-
cent, & diuinum beneficium efficiatur nostrum be placitum.
neplacitum. Quod enim minus est a beneficio, sub-
est displicentiæ: quanquam impeccabiliter. Hæc em-
displicentia non est proprie sumpta, sed per compa-
rationem minoris boni ad melius: sicut displicet ar-
genteus denarius, & placet aureus. Beneficium autem
amor concomitantur. Bonum enim sicut obiectum
est voluntatis, in quod scilicet voluntas dirigitur: sic
etiam est obiectum amoris, in quod amor ferit. Quia
ergo aliquid tanto plus placet, quanto magis est bo-
num: & etiam tanto amplius diligitur, quanto plus
habet de ratione boni: idcirco diuinum beneficium
cum sit optimum, debet nobis esse maxime dilectum
magis autem dilectum summo studio inquirimus omnibus
alijs minus dilectis omisis. Sic ergo diuinum be-
neplacitum præ omnibus debet placere, summe ama-

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

ri, studiosissime inquiri, vt ad id peruenire valeamus.
Debet etiam nos cordialius delectare. ¶ Nihil deliciosius diuino beneplacito quantum ex se est. Sed quia gustum habemus infectum propter naturae corruptiōnem, ideo amarum videtur esse: sicut & febricitantibus omnia dulcia videntur amara propter linguę per saliuam infectionem. Idcirco dulcorare debemus gustum mentis nostrae per medicinam coelestem, imponendo infusionē gratiae spiritualis à medico & reparatore naturae lapſe deo: per quam corruptio & vetustas viciorum curetur, & innouetur naturae integritas, ad discernendum verum à falso, bonum à malo, & gustandum quām suavis sit dominus. Ad istud adiuvat, quod homo sit habituatus in actibus diuini beneplaciti, quia habituatus omnis delectabiliter operatur. Habitum autem acquiritur per actus frequenter reiteratos. Nemo ergo perturbetur aut desperet, si in initio suae reformationis sentiat difficultatem, aut si cibus coelestis sibi sit insipidus. Insistat, continet modicum laborem, medici operam sustineat, sanabitur, gustum recuperabit internum cum ceteris sensibus animae: & cōplacebit sibi vehementer in medico suo atq; laboribus suis. ¶ Hæc enim est præcipua causa quod multi non proficiunt, quia vincuntur tædio laboris & difficultatis. Et ideo statim resilunt ab incepto sancto proposito spiritualis profectus, & revertuntur ad consuetudinem suam quasi refugientes importabile onus, gaudentq; se euasisse: & ignorant miseri, quod iugum Christi suave est & onus eius leue, & quod graue iugum ipsi portat, cum omnibus filijs Adq;. Verum deformatio nostra in culpa est & consuetudo longa viciorum. Vnde Hieronymus ad Celatianam: Asperam nobis & insuauem virtutum viam nimia effecit consuetudo vitiorum, quæ si in alteram partem transferatur, inuenies sicut scriptura dicit, se mitam iustitiae leue. Item Iohannes Clymачus gra

Psal. 33

Sapien. 12

Habitus.

Matth. 11

Eccle. 40

Hierony.

DE BONITA. DIVINA LIB.I. Fol. 28

du primo. In ipsis principijs ab renunciationis, penitus cum labore violentia & amaritudine virtutes operamur, ac proficiētes deinceps sine tristitia sumus quando vero voluntas & nostrum mortale sapere conculcatur & absorbetur & potestatue subiicitur à promptitudine existente in nobis: tunc de cetero cū omni gaudio & solicitudine & desiderio & igne cordis & flamma diuina ipsas operamur. Corpus etiam qđ corruptitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Non ergo intelligimus verum, nec sentimus bonum, abstracti & illecti atq; infecti secundum corruptionem naturæ lapsæ à statu primæ suę conditionis. Insistere tamen debemus pro hac reparatione, quia ad hoc indulta sunt nobis tempora penitentiarum, & recuperata sanitate anima non abominabitur escam suam. Verum est tamen, quod dicitur in proverbio: Non ædificatur ciuitas uno die. Et illud Greg. 22. Moral. Nemo repente fit summus. Et illud: Qui quod suum est fudit, raro totum recolliget. Nemo ergo putet, quod totum deperditū in natura recuperare possit in hac vita, vel quod possit subito. Paulatim tamen procedendum est (ne nimietate quis obruatur) & nunquā à profectu quiescendum: quia in via dei non progre diretorgredi est.

Sapienti. 9

Gregori.

De difficultate discernendi diuinum
benepacitum, & alijs quibus-
dam volenti proficere
scitu necessarijs.

Caput XVI.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.



VI ad hunc articulum peruerterit, ut
promptum se inueniat vel cogat ad
proficiendum in beneplacito diuino,
inueniet difficultatem in discernendo
qua sit voluntas dei beneplacens. In
hoc omnes laborant, propter actus vel
actiones particulares, de quibus certa scientia tradit
non potest vel regula. Mutantur enim regulæ gene
rales per circumstantias infinitas particulares, vt qd
bonum est efficiatur malum, & contra. Taceo de the
ologis ceterisq Christianorum doctoribus: qui qua
tum inter se dissentiant nedū circa humana, sed & cir
ca diuina præcepta, norunt qui legerunt: cum &
ipse philosophus Aristotel maximā difficultatem &
interminabilem senserit circa moralia particularia.
Quid ergo sentit (putamus) conscientia scrupulosa?
Scrupulosam dico, nō circa præcepta implenda, quo
rum omissione peccatum est, sed circa beneplacitum dei
(vt inueniat dilect⁹ vbi placide & perfecte quiescat)
cuius omissione ex se peccatum non est. Hinc inueniū
tur tot modi viuendi diuersi, etiam perfectorum. Pa
sat oculariter inter religiosos, non enim omnia expe
diunt omnibus. Et quanquam patrum exempla atq
admonitiones expertorum pro sint plurimum: atta
men spiritus sanctus solus sibi reseruauit hoc magis
terium perfectionis atq mysticæ theologiæ: qui vo
cat & docet quos ipse dignatur. Caveat omnis homo
ne huius vocationis aut doctrinæ metas quacumque
præsumptione excedat. Inuenti sunt qui mensuram
propriam ignorantē excellentium vestigia patrum
calcare conabantur, & non habentes sumptus neces
sarios turris ædificandæ iuxta euangelistā, illusionē
patuerunt. ¶ Igitur inuocandus est spiritus sanctus
huius disciplinæ institutor, vt ipse dirigat gressus spi
rituales: ne dum proprio sensu ultra quā expedit du
cimur, cadamus. Statuit ipse terminos, nec vult qd vi

Lucæ. 14

Gradus
meritorum.

DE BONITA: DIVINA LIB.I. Fol. 29

tra tendamus. Secundū modum eīn glorię est modus
gratię. Quia ergo in gloria vñus sanctus erit altero
maior: sic est etiam in præsenti mensura meritorum,
vt vñus altero inueniatur sublimior. Sumus inuicem
membra. Non sunt autem omnia mēbra oculi vel au-
res: ita nec omnes aequales sunt in gratia & gloria.
Iohannes baptista in gradu suo est, Petrus in suo, An-
thonius in suo, &c. Sed quia incerti sumus ad quid
gratię vel glorię vocati simus, niti debemus quan-
tum valemus, faciendo quod in nobis est, aperiendo
affectum nostrum deo, vt amoris sui ignem immite-
rat: & qui dat gratias communes, operetur si ipsi pla-
cuerit, etiam peculiares, & familiar es: ne impedimen-
tum ipsi præstemos ex nobis. Quod si noluerit, ipse
dominus est: quod bonum est in oculis suis faciat, &
de acceptis grati simus, non inuidentes alijs qui po-
tiora acceperunt. Probamur interdum, vtrum de alle-
no profectu gaudere valeamus tanquam de nostro:
vt tandem similia capere mereamur. Qui autem ac-
cepit, alterum non cōtemnat: ne aut gratis dona dei
habeat, aut certe habita amittat. Humilitas in vtro:
que seruanda est, quia non ex nobis sunt dona dei.

¶ Igitur inuocato spiritu sancto, secundum ea q̄
manifestum est deo esse accepta, viuēdum est. De ali-
is consulendi sunt non tam docti quām experti & vi-
ri qui in veritate coram deo viuunt & quasi throni
dei sunt: non vani glori, qui intalibus non profectū
se consulentium sed suam gloriam expetunt, & ar-
dua suadent non mensurando vires consulentium,
sed vt ipsi putentur tales existere. Nonnulli vt p̄ij
existimētur, remissiori viæ assentīt. Alij carnales ni-
hilq; de vita spirituali gustantes derident mortifica-
tionem omnium citra déum, & carnalia atq; secularia
sub specie necessitatis suadent ac tuentur. Inuentisq;
talibus consiliarijs animus adhuc carnalis noui tyro-
nis hilarescit; sed si vere à spiritu dei motus est con-

Rom. 12

2. Reg. 15

Roma. 9

A qualib;
consilium
petendum

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Sulere non acquiesceret. O quam difficulter morimur
Oportet ergo, ut in hoc casu unusquisque sibi max-
ime consulat, utpote qui proprias vires experitur.
Qui factus non est, nec seipsum vult palpare aut fal-
lere, facile implet quod se viderit posse. Quia qui de-
um timet, nihil negligit.

Eccle. 7

Discretio
necessaria

1. Timo. 4

2. Timo. 4

Amentiam
inducen-
tia.

¶ De his vero ad quae se sentit impotentia non fa-
cile alteri suadenti acquiescat, maxime pertinaciter
inhærendo: sed consulte agat paulatim experiendo
vires & cassuescendo. Non enim potest beneplacitum
esse deo quod ad destructiōem tendit seruientis sine
necessitate. Corporalis insuper exercitatio & exteri-
ores ceremoniae sunt ad modicum vtiles, præcipue
qñ sunt supererogationis: sed pietas (dei videlicet
cultus per fidem spem & charitatem, per actus latriæ
& ceterarum virtutum) ad omnia valet: & in his be-
neplacitum dei manifestum est. Non placet deo, qd
abstrahamus nos à creaturis, quas in sui laudem
(non per eas sed per nos sibi ex ipsis exhibendam)
creauit, nisi in quantum impedit nos ab amore eius
qd sit cū inordinate ipsis inhæremus. Inordinatus er-
go affectus siue magnus siue paruu amputandus est
& tunc creaturæ ducent in deum. Quoniam aut in-
firmi sumus, facillime irretimur, vel curiositate co-
gnoscendi, vel voluptate creaturarum. Nouit unus-
quisque unde tentetur & suus sollicitetur animus.
Quando ergo sentit se in profectu spirituali retarda-
ri, statim relinquat creaturis, & deo adhæreat. Etiā
(nisi certo de opposito certus sit, spiritus sancto reue-
lante: non autem per propriam estimatiōem falsam
vel deceptoria somnia) necessaria cibi & potius arg-
omenti accipiat. Et melius est ut aliquid amplius fu-
mat quam minus, quia istorum indiscreta subtractio
sub specie spiritualis profectus ad amentiam certissi-
me perducit. Similiter post labores spirituales, licitas
consolationes admittat, vti ad spiritualia & ceteros

DE BONITA. DIVINA LIB.I Fol.30

necessarios labores validior reddatur secundum dis-
sertationem: quam vnuſquisq; non fictus in ſemeti-
ſo (vncione docente) experitur. Sunt enim qui ita
ſibi in singularitatibus suis complacent & ſe grauant
quod poſtimodum ad necessaria opera redduntur in
ualidi. Veruntamen verus ſpiritualis in tali sobrieta-
te capere debet de consolatione & recreatione crea-
turarum, ſicut ſumitur ſal in cibo corporali vel ſina-
pium, quæ vtig; moderata cibos conidunt, immoder-
ata deſtruunt: ita & immoderata vel inordinata ati-
mi relaxatio ſeu remiſſio nocet. Nimirū etiā inueſtiga-
tio propriæ conſcientiæ vel alterius per ſcrupulos
inordinatos & nimirū perſcrutatio circa intelligibilia
ad amentiam inducunt. Hęc omnia propterea poſi-
ta ſunt, ne homo bonę voluntatis circa diuinum be-
neplacitum erret & ſeipſum à gusto ſpirituali prepe-
diat propter rem paruę utilitatis, vel ne periclitetur
ſæpe enim dum ad deum per affectum tranſire cupit
occurruunt quædam quæ diſſiculter potefit vel facere
vel omittere, ac iſi eſſent talia quæ exigerent à deo:
cum tamen deus ea non exigat. Et ſic irrationabili:
ter libertas animi impeditur, ne in amplexum dei
ruat.

¶ Diuini beneplaciti agnitio,
quid in anima efficiat.

Cap. XVII.



Ognito ergo diuino beneplacito, affue-
ſcere debemus acquiescere ei atq; per-
ſicere: donec animus noster ita promi-
ptus efficiatur reddere quod deus exi-
git ſine retractione, ſicut vmbra corpo-
ris cedit ad motum ipſius corporis, de
quo vmbra procedit. ſæpe enim acquiescimus alioi
ſed in animo inuoluntariuim quiddam reſideret, retin-

D. PETRI LEYDIS CARTHUS.

hens & nitens in oppositum. Quod oportet funditus extirpari coram domino, qui cor intuetur & illud principaliter exigit possidere: quia unus spiritus cum deo per plenam reformationem debemus fieri, & nihil de vetustate peccati remanere debet, ut liberi sumus cum deo. Et sic perficietur in nobis illud: Effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum domini dei tui. Quia sicut aqua ceteris liquoribus perfectius effunditur, late quoque in terra diffunditur & illabitur: sic totus homo plene & perfecte debet effundi & expandi libere diuino beneplacito, & de suo nihil remanebit coram domino, sed humiliter & perfecte debet cedere subito sine resistentia, atque tali modo in nihilum redigi: ut iam non caro sibi sapiat sed cibus eius sit facere voluntatem patris, qui in celis est. Iam elusriat & sistat iustitiam, ut impleatur bonis. Dignum enim est ut qui regnum in quo relucet pulchritudo iustitiae & iniquum nihil est, desiderat, iam iustitia adornetur & signum militiae suae & regni praetendarat. O quam bonum signum est, quod homo ex intimis cordis sentit se odire iniquitatem & dolere de ea & diligere iustitiam & gustare suaves fructus eius.

Hanc autem promptitudinem voluntatis secundum omne diuinum beneplacitum (quod est vera deuotio) quamquam omni tempore domino patri nostro offerre debeamus, & hoc solum gaudium nostrum esse debeat ipsi conformari & charitate adhaerere; expedit tamē valde, ut ad minus semel in die (nisi multum præpediti) per speciale exercitium, licet breve, reiectis omnibus occupationibus attentissime eidem cor nostrum, id est, voluntatem effundamus. Per hoc quippe præptitudo beneplaciti diuini nobis innascetur & radicabitur, & habituabimur in odium vitiorum atque omnium defectuum, & in amorem virtutum & totius perfectonis (maxime autem ipsius summi amabilis, scilicet, dei) inflammabimur. Et reddetur animus exercitatus

Cor deo
effunden-
dū semel
in die.

1. Reg. 16

1. Corin. 6

Thren. 2

Iohan. 4

DE BONIT. DIVINA LIB.I Fol.31

vt ingruente subito tentatione graui non moueatur
a deo suo. In omni quoq; tristitia statim in quod gau-
dium se suscipiat, inueniet. Ex hoc etiam ignis amo-
ris quasi per totum diem exardescet. Breuis dico:
Experti huius exercitiū fructum norunt. ¶ Veri amā-
tes atq; amicitiam exercentes, cupiunt ut inuicem
cordium secreta videant, quātum possunt: quia amī-
cita consistit in velle & nolle vnum. Et in hoc gau-
dium eorum impletur, q̄ intelligunt veraciter inter-
se cordium vnitatem, & q̄ sentiunt quantum inui-
cem diligāt. Quāvis autē deo perfecte simus cogniti
secundum omnem modum & respectum vel compa-
rationem, nos tñ non ita cognoscimus deū. Inquan-
tum tñ nos (veri amatores existētes) cognoscere po-
terimus deū & mutuā sentire dilectionem, intantum
etiam implebitur gaudium amicitiae nostrae. Sed qm̄
in hac vita cognitio modica est, in futura vero vita
videbimus facie ad faciem: tunc gaudium nostrum
implebitur, quod modo vtcūq; potest sentiri ab uno
multū, ab alio minus, secundum mensuram amoris
& luminis, imo & gratiæ actualiter affluentis, quia
potest gaudium suspendi, sicut quotidie experientia
docet. Quia ergo amicus sentiens amicum præsentē
cordialis se eidem effundit: congruum est pro ma-
iori & alacriori effusioē cordis obtainenda, vt aliquid
sobrie de dei amati præsentia hic inseramus.

z.Cor. 13

¶ Quenam hominem ducant in co-
gnitionem diuinæ bonita-
tis, & quomodo deus
omnibus sit præ-
sens.

Caput XVIII.

D. PETRI LEYDIS CARTHVSIA.



Exod. 33
2. Cor. 12
Lucæ. 2

Creatura
ducit in
deum.

Ciendum est autem, quod naturali lumine intellectus videri deus omnino in sua essentia non potest. Quod autem videtur a beatis in patria in lumine gratiae, hoc viatoribus non contingit nisi forte paucissimis, quibus ad horam concessum est, vix Mosi in antiqua lege, Paulo in noua: maxime autem matri Christi. Nos autem vide re eum non valemus, nisi in ænigmate illustrante lumine fidei & velut causam creaturarum, eo modo q[uod] causa cognosci solet ex effectu. Diuersi autem effecti diuersimode ducunt in cognitionem suę causę secundum perfectum & imperfectum. Vestigium quippe pedis imperfectius manifestat hominem quam aedificium domus ab eo constructum, vel filius ab eo genitus: q[uod]a ultra cognitionem hois in confuso (qd fit ex vestigio) manifestatur naturæ perfectio in filio, & mentis industria in domo aedificata. Sic ad propositum nostrum, anima rationalis intellectualis nature existens creata ad imaginem dei perfectius nos in cognitionem deducit creatoris, quam ceteræ creaturæ quæ sunt quasi vestigiū dei, ducentes tñ nos multū in cognitionē creatoris. Sicut vestigium expressum in terra agnoscere facit, an homo ibidem fuerit magnus vel parvus, an bestia talis vel talis, &c. & vestigium ignis magnitudinem eius representat. Aedificium quoq[ue] vel pictura industriam indicat authoris & sic de alijs: Ita etiam creatura sensibilis virtutem & sapientiam ac bonitatem indicat sui conditoris, si intime consideretur. Quænam & quanta est virtus aut potentia, ex nihilo hanc molem maximam cœli & terræ omnium quoq[ue] in eis existentium procreare sine labore, & infinita adhuc creare posse maiora ac potiora si vellet, atq[ue] sine fatigione in esse omnia conseruare. **Nisi enim actualiter conseruaret deus omnia, statim in nihilum deficerent: quia ex se n**

DE BONIT. DIVINA LIB.I. Fol. 32

hil sunt, & ex causa sua, q̄ deus est, dependent. Oportet enim causam & causatum esse simul coniuncta. Vnde sequitur, q̄ oportet deum omni enti esse per essentiam suam coniunctum in causando, hoc est, in conseruando quod condidit. Quanq̄ ergo in seipso æternaliter subsistat deus, quia tamen in omni creatura operat: idcirco necessario vbiq; & semper omni creature per suam essentiam adest, dando & conseruando omnibus esse ex sua liberalitate & bonitate. Non enim est alia causa cur creaturas considerit nisi mera sua bonitas, quatinus esset aliquid quod suæ bonitatis posset esse particeps. Bonum quippe cōmunicatiuum est suiūpsius: quod summe deo conuenit. Ad ornatum autem & decorum fecit creaturas diversimode se participare, dando quibusdam ultra cōmune esse vivere, quibusdam etiam sentire, quibusdam insuper intelligere, &c. Multitudo & varietas creaturarum in multis nobis manifesta sunt. Quanquā autem deum præsentem vbiq; existere per potentiam & præsentiam, sufficienter innuat per hoc quod est vbiq; per essentiam, cum potentia sua non sit aliud quām sua essentia, similiter & præsentia: tñ propter errores quorundam corrigendos inuentus est hic modus loquendi à doctoribus: q̄ dicitur esse vbiq; per essentiam præsentiam & potentiam: eo q̄ quidam errantes putabant eum non vbiq; habere potētiā, nec rursus sibi omnia esse præsentia, per cognitionem. Sicut itaq; nulla creatura esse habet sine essentiā diuinā præsentia: sic nec quicq; operari possit sine diuina virtute cooperare: quia nec cogitare quidem quid valemus sine deo. Omnia etiam nuda & aperta sunt oculis eius, nec vlla eum latet cogitatio nec vlla creatura: qui vocat ea quæ non sunt, tanquā ea quæ sunt. Thæc autem quanquā com muniter omnibus nota sint: tamen diligenter considerata & masticata valde miranda apparent, & co-

Deus omni
bus præ
sens.

Hebræ. 4

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

gnitio stupenda nascitur in anima fidelis: sentit quoque quod nequit exprimere. Quod non sentiunt, qui ex consuetudine leuiter haec loquuntur & cogitant. Nec hoc mirum aut incredibile cuiquam videri debet, quod deus est ubique per essentiam, quod nulli competit creaturae. Est quippe ipse solus causa omnium tam in esse quam in conseruari: idcirco (ut praedictum est) oportet eum omnibus praesentialiter adesse: alias in nihilum redigerentur omnia, eius presencia carentia. Est tamen infinitus a nulla creatura terminabilis, nusquam inclusus nec ab ullo contentus, sed continens omnia, operans tamen in diversis diversimode (eo quod secundum libet arbitrium operetur & non ex necessitate) ad ornatum uniuersi. Angeli vero & spiritus quamvis non sint circumscribuntur in loco: sunt tamen in certo loco diffinitive: Anima vero est tota in toto corpore & in qualibet parte corporis eo quod coniungitur corpori ut forma substantialis: licet diversimode operetur in singulis membris. Et sic aliquam similitudinem habet cum deo. De isto vide sanctum Thomam in prima parte Summae sue, quomodo scilicet deus sit ubique, & quomodo anima sit tota in toto corpore & in qualibet eius parte tota. Ex his breuissime tactis potest ea latius ruminans & diligentius tractans colligere, quod admirabilis deus sit in seipso, qui talis in suis creaturis apparer. Qualis est illa substantia, quae condidit omnem ex nihilo substantiam? Quae est illa vita, quae omnibus viuentibus dat vitam? Quae illa intelligentia, quae omnibus intelligentibus dat intelligentiam? Quam magnus virtute, qui ubique operatur & semper est praesens, qui nouit omnes differentias & respectus creaturarum: qui respectus omnium penitus momento quasi in infinitum variantur: scit cogitationes hominum, & omnia contingentia, praeterita, praesentia & futura certissime. Et quae nobis tam variabilia

Angeli.

DE BONI. DIVINA LIB.I. Fol. 33

sunt ad opposita sibi præfixa sunt inuariabiliter. Qui intelligendi sensum habuerit, in his & multo maiori bus inuenit, quod digne deo ex creaturis admiretur. Et recolliger phantasma nobile à quo abstrahendo valebit intellectus suus (qui nihil sine phantasmatate potest intelligere) sublimiter in deum consurgere.

¶ Modo autem continuandum est, qualiter anima rationalis nos in deum cogoscendum deducat. Hæc enim nedum deum esse, viuere, gubernare & cetera huiusmodi declarat: sed & unum & trinum esse ceteris creaturis nobis cognitis clarius ostendit. Ipsa etiam lumen & amor mirabilis existens & vita viuificans corpus grossum, per quod mirabilia etiā operatur nobilior insuper & præstantior toto vniuerso, valde superadmirabilem ostendit eum cuius solum similitudinem gerit, distans ab eo per infinitam dissimilitudinem. Quanta nobis incomprehensibilia operetur ipsa una anima (spiritualis totaliter existens & vita simplicisq; naturæ) in corpus, quod de se nihil est (vt ita dixerim) perspicuum est: si tamen considerentur diligenter singula membra corporis eorumq; officia & singuli sensus, &c. Et si esset corpus a deo magnus sicut cœlum & terra, nihil minus ageret anima in tali quam modo in paruo. Repræsentat ergo ipsa (licet dissimilitudine magna distans) unum substantialem deum simplicissimæ naturæ existentem, & vitam & omne bonum: cuius modica participatione omnia sunt bona, & quicquid sunt. Modica dico, quia deus omnia in infinitum excedit. Participata quippe dei siue bonitas siue vita vel quodcumq; aliud, quocunque nomine nominetur, non est nisi punctus ad deum. Aliqualiter ergo innuit anima i microcosmo, id est, minore modo, qualis sit deus in macrocosmo, id est, in maiore modo, scilicet vniuerso. ¶ Deinde attendendum est, q; ipsa anima una & simplex etiam quodammodo tria est, representans sanctissimam

Ait eors
pus vici
cans.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

trinitatem (cuius imago est) in essentiæ unitate: à
qua tamen deficit per dissimilitudinem in infinitum
Ipsa quippe anima lux quædam intellectualis exis-
tens necessario verum intelligit, quando est in actu
quod verum intellectum diligit ut bonum appetibile,
quo adepto fruatur delectabiliter & beate vivit.
Hæc est enim natura animæ secundum potentias su-
periores. Et quamuis perfecte & simpliciter anima
solum beatificetur in summo bono viso & adepto: ta-
men in alijs sit beata secundum quid, & scđn suū mo-
dum, & quantū est de ratione sui: licet aī alijs misere-
rijs sit permixta, eo q̄ nullū bonum ipsam satiare va-
leat & à miseria plene liberare, nisi summū bonū des-
us. De anima prout corpus animat, iam in præceden-
tibus satis dictum est. Secundum vero propriā hanc
actionem, scilicet intelligere, ipsa lux existens intelle-
ctualis naturæ per species intelligibiles à phantasmas-
tibus abstractas, deducit intellectum suum in actum,
ita, quod actualiter intelligat, generando quasi filium
cordis sui, scilicet conceptum mentis vel verbum, sic
appellatum, eo q̄ per verbum oris exprimitur. Et ex
his duobus, scilicet intelligenti & verbo mentis, qđ
procedit ab intelligenti per actum intelligendi, pro-
cedit amor boni intellecti. Nō enim anima sine actu
ali intelligentia aliquid vult aut diligit. Quia volun-
tas in aliud tendit, scilicet in amatum & volitum, qđ
sibi per actualem intelligentiam ostenditur. Poten-
tia enim non operatur, nisi circa proprium obiectū,
quo ablato vacat operatio potentiarum. Sicut enim ab-
lato colore & formali eius scilicet lumine, non sit vi-
sio in actu: sic etiam ablato amato à corde, non
sit amor. Quicquid autem habet verbum mentis aut cō-
ceptus mentis, hoc habet ab ipso intelligenti, qui per
species intelligibiles deducit intellectū suum in actu,
& sic generatur verbum: aliter verbum nō esset. Et
tamen gloria & splendor intelligenti est verbum eius

Animæ po-
tentiae.

quod mente concepit. Verbum vero habet ab intellectu intelligente, quod amor ab eo procedit, quia ab ipso intelligentie habet id quod est. A verbo tamen amor procedit, quia non si actualiter intelligeremus, nihil diligemus. Tres sunt in anima potentiae, quae appellantur intellectus possibilis, quia omnia potest intelligere; intellectus agens, cuius lumine fit intellectus possibilis in actu, scilicet quod praesentialiter intelligat: & voluntas sive amor. De quibus vide tractatum magistri Iohann. Gerson super Magnificat, super versu: Quia respexit humilitatem, &c. Vbi ponit opiniones diuersas, an sint accidentia animae, vel res una & nomina diuersa, &c. Una tamen est anima, quae intelligens fertur in amatum. Intellectus possibilis dicitur memoria intellectiva, in qua reponuntur species intelligibiles & reservantur: non tamen intelligit nisi per lumen intellectus agentis, imprimentis similitudinem rei intellectae in intellectu. Quo facto sit quaedam inclinatio mentis et impulsio voluntatis in rem intellectam, inquantum bona est. Haec est quaedam spiratio animae, mouentis se in amatum, & dicitur amor. Similitudo vero rei intellectae in intellectu dicitur proprie verbum. Duæ ergo sunt processiones in anima, prima in intellectu, secunda in voluntate.

¶ De trinitate personarum & processionibus in diuinis.

Caput XIX.

X his succinctim dictis de unitate & trinitate animae, concipere valemus pulcherrimam similitudinem unius dei in personis tribus distincti: qui utique a parum intelligentie facilime conceditur non esse naturae corporeae, sed summe intellectualis. Cum ergo sit deus summa intelligentia, oportet quod summe & perfectissime intelligat: ali-

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

equi si in aliq̄ deficeret, nō esset summus & perfectus
Cum ergo sit perfectus in intellectu suo: idcirco est
semper in actu, habens verbum & amorem conse-
piternum in eadem natura & in eodem esse. Ex eo i-
psō enim quo deus est aeternus, aeternaliter se intelli-
git & omnia. Non enim potest impediri a suo actu,
scilicet intelligere, quod est perfectio intellectus: ga-
nō habet necesse abstrahere spēs intelligibiles a phan-
tasmatisbus: sicut homo, qui est in ultimo gradu natu-
ræ intellectualis conditus, & saepe impeditur a suo a-
ctu (quod est intelligere) per corpus, &c. Nec etiam
deus aliunde species haber recipere: sicut angelis sunt
a deo species cōcreta, &c. (de qua materia alibi lati-
us vide) sed diuina essētia est sibi species intelligibilis
Et ipse deus est purissimus actus, nec est possibile qd̄
intellectus eius sit in potentia: alias non esset deus, si
perfectio & actualitas & bonum eius ab alio depen-
deret. Verbum etiam mentis diuinæ vnicum est, in
quo omnia simul cognoscit. Alias si egeret adhuc a-
lio verbo mentis, primum non esset perfectum. Imp-
fectio autem nullo modo habere potest locū in deo.
Quia ergo deus aeternaliter intelligit, oportet quod
vnicum verbum mentis eius sit sibi coeternum & im-
permutable. Rursum, quia accidens in deo esse non
potest, necesse est verbū illud esse de substātia & natu-
ra diuina & subsistere & viuere & proflus esse quicqd
deus est: sed tamen quicquid est a deo intelligētē est.
Sed quoniam viuit & suum viuere habet a viuente,
quia ab intelligentē qui viuit vita diuina: ideo ipsum
verbū procedit. Et demum cum verbum sit perfecta
similitudo eius cuius est verbū, sequitur quod verbū
diuinum sit vere filius dei intelligētis: qui appellatur
pater propter relationem ad filium suum, scilicet ver-
bum. Quia de ratione filiationis est, quod viuens
procedat a viuente secundum rationem similitudis
nis in identitate nature: sic est verbum mentis diuinae

DE BONIT. DIVINA LIB.I. Fol 35

quod non est aliud quā deus & vita substātialis. Tris
um quippe personarum est vna natura vel essentia &
substāntia. Cōsequenter hic filius, scilicet verbū mē-
ris diuinæ, quia incomunicabilis est & naturæ intel-
lectualis: idcirco persona distincta est. Esse enim inco-
municabilem, personam distinctam efficit in natura
intellectuali. Hæc est ratio, quare etiā pater & spiritus
sanctus duas personæ distinctæ sint. Oportet ergo in
deo, quod personæ sint diuersæ: licet substāntia & na-
tura sit vna. Ratio enim quare aliquid est persona dis-
tincta, potissime in deo est, & participatiue & imper-
fecte (respectu dei) deriuatur ad creaturas. Nomina
enim primo sunt in creaturis, quibus vtimur ad ex-
primendū aliquid de deo: sed res primo sunt in deo. Sic à patre omnis paternitas nominatur, &c. sic est
& de generatione. Generatio ergo filio, scilicet ver-
bo à patre, id est, à deo intelligentे ab ēterno & ex ne-
cessitate, quia impossibile est deum esse sine verbo &
conceptu suæ mentis: ab eisdem, patre scilicet & filio
ab ēterno & ex necessitate procedit amor vtrorūq;
qui appellatur spiritus sanctus. Necessario enim dili-
git deus seipsum, quia summū bonū est: sed vtique
se non diligeret nisi cognosceret: & quia ēternaliter
cognovit, ergo & amauit. Quod si non amaret bonū,
non esset bonus. Si non esset bonus, non esset deus.
&c. Sed vtique accidens non est in deo: ergo non ali-
ud est amor hic, quam deus. Dicit enim Gregorius
in homilia: qui non accidentalī dono sed essentialiter
bonus est. Nota quod necessitas hic capitū pro necel-
litate naturali, nō pro necessitate coactionis extrin-
secæ, quæ non est in deo. Amor appellatur spiritus, Processio.
quia in aliud tendit & inclinat. Sicut enim in deo
est processio secundum modum intellectus, ex qua
similitudo rei intellectæ imprimitur in intellectu &
dicitur verbum vel filius: sic est etiam in deo pro-
cessio secundum modum voluntatis, ex qua impri-

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

mitur quædam inclinatio ad amatum impellens (per similitudinem venti vel spiritus) in amatum: & vocatur in deo spiritus sanctus. Non enim habemus nos men exprimendi personam amoris, sicut verbi, eo q[uod] in nulla natura inuenitur similitudo processus personalis amoris, sicut inuenitur similitudo processus verbis: qui ratione intellectus in quo est processus per modum similitudinis similis est processioni generationis carnalis: vbi filius procedit a patre ei limis in natura. In processione vero spiritus sancti, propter similitudinem inclinationis amorosæ innuita perpetua & infinita ac immutabilis suauitas & gaudiosa iucunditas diuina. Gaudiosam enim iucunditatē sentit in se, qui sibi aut alteri amore afficitur & inclinatur. Iucundissime igitur sibi & omni bono deus afficitur, non tamen accidentaliter, sed essentias liter.

Relatio.

Hic ergo ex præmissis aliqualiter habetur, quos modo anima rationalis notificat nobis deum, tamquam imago eius: à quo tamen deficit per infinitum. Sicut enim ipsa est vna in essentia dans omne bonum corpori, & trina in potentijs sibi coœvis, qui respectum ordinatum ad se inuicem habent: sic deus est unus implens vniuersa bonis, & trinus in personis cō sempiternis & consubstantialibus & æquilibus relationem habentibus adiuicem. Ordo enim & prioritas originis in deo est, sed non dignitatis aut temporis. Quæ personæ ut nobis innotescant, appellantur per similitudinem nominibus nobis cognitis. Verbum enim per similitudinem carnalis generationis dicitur filius, quia magis in verbo inuenitur ratio filiationis, quam in filio carnis ad patrem suum. Quia ergo est filius in diuinis, necessario est etiam pater in diuinis, à quo est filius. Hæc enim relative referuntur ad iuicem. Et quoniam ratio mouens seipsum est spiritus suus, amor in diuinis proce-

dens dicitur spiritus, quia amor mouet in amatum: sicut spiritus spirat. Quia ergo spiritus sanctus est in diniuis, necessario refertur relatiue ad eos, quorum amor est. Esse ergo a nullo, patri conuenit: Esse a patre solo, soli filio conuenit: esse vero ab utroque, soli spiritui sancto conuenit. Et haec distinctio personarum est realis, quia refertur res personalis ad rem personalem. Nec potest unum alteri conuenire, scilicet quod vel esse a nullo conueniret filio, aut spiritui sancto, vel esse ab alio conueniret patri, vel esse ab utroque patri vel filio, vel esse a patre solo conueniret spiritui sancto. Haec tamen distinctio personarum nullo modo simplicitati diuinæ essentiae repugnat, quia in ea una persona ab alia non discrepat, unaquaque enim persona id ipsum est quod est alia. Quia tres personæ sunt, una essentia seu natura, & una substantia & unum esse, & unus super intellectu alis spiritus semper in actu. De hac materia inuenies in primo Sententiarum, & in primo scripto doctorum late, & in prima parte Summarie sancti Thomæ, & in postilla Nicolai de Lyra super principium Euangelij secundum Iohannem, scilicet de processu verbi quod erat in principio. Ideo hic nolui clarius & longius declarare, sed ad eos transmittere.

¶ Humilitatis studijq; inquirendi diuina commendatio.

Caput XX.



VI non habet ingenium, simpliciori cibo sit contentus: ne altiora querendo incidat in errorem. Qui tamen ingenio utcunque pollet, non negligat humiliter & sobrie inuestigare quæ de diuinis supra tetigimus. Quia teste philosopho melius est modicum, cum parua etiam certitudine,

Ecclesi. 3

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

de rebus nobilissimis scire, q̄ multum & cum magna certitudine de rebus vilibus. Et licet Augustinus dicat, q̄ nusquā periculosius erratur, nihil laboriosius quærif: tamen subdit, q̄ nihil vtilius inuenitur. Dicit etiam sanctus Thomas in primo scripto: Cognitio trinitatis in unitate, est fructus & finis totius vitæ nostræ, quippe cum in hoc beatitudo nostra cōsistat. Cœa tamen à curiositate, ne opprimaris à gloria: sed pie aggredere, vt tanto ardentius amare valeas. Amor ergo & reuerentia te moueant ad quærendū, hoc est, ea intentione queras cognoscere, ut amplius amare & reuereri possis. Nec spernas alios obtusioris ingenij, ne & tibi gratia subtrahatur, & erroribus permitente deo iuste pateas. Parua sunt etiam repu- tanda que hic habemus respectu eorum quæ conse qui poterunt obtusi ex gratia gratum faciente, cum post suam humilationem & despectionem perue- rent ad patriam, de qua tumidi subtiles excludentur. Altos ergo nobis semper præferamus in corde vbi intuetur deus, quia forte alijs magis accepti sunt deo in gratia. Et sæpe fallit propria æstimatio, putans se habere quod non habet, vel saltem maius esse quod habet q̄ est. Hic latet superbiæ laqueus magnus. Hac etiam pestem abscondere non valent quidam, quin ostentent & verbis innuāt quæ se habere præsumūt. Et fructus quem circa alios facere poterant, amitti- tur: quia dum suspecti habentur de elatione, eorum labor & doctrina non suscipitur. Ambulandum ergo est semper in plano & pauimento. In alto casus im- minet scandenti. Recole propriam nihileitatem, cō- ditionem originalis propaginis, iniquitates proprias, corporis vilitatem. Sicut alterius corporis abomi- naris immundicias: sic crede quia tuæ quoq; abomi- nabiles sunt. Quid sumus putamus in oculis angelorū & dei, quando nos conditionis tam vilissimè existentes videt intumescere? Quinimo inuenimur

Augustin.

& sordes diligere. Humiliemus ergo animas nostras
(breuiter dixerim, quæ latius alibi scribuntur) quia
hæc scilicet humilitas sedem parat sapientiæ, cuius
sermocinatio cum simplicibus esse perhibetur, nul-
lo superbiæ duplicitate complicatis. Hæc exaltat ad
gloriam, illa vicez superbia demergit ad ignominia-
am. Quanta gloria est & cordis gaudium, dum quis-
piam ad hospitium aliquod vel certe ad magnum ali-
quem dominum diuertens aut violenter tractus ti-
met se male, pœnose, & ignominiose tractandum: &
subito ex insperato experitur se cum summa gloria
& alacritate suscipi & deliciose refici? Ita econtrario
quanta infelicitas & cordis mœstitia est, dum se pu-
tat recipiendum cum gloria, & experitur contra spē
iuste se confundi & puniri. Itaq; mente iugiter ser-
uandum est, & secundū id quod dominus dicit viuen-
dum: Omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se
humiliat, exaltabitur. Et hæc circa humiliatem (quæ
reformato cordi & se domino effudenti necessaria
est) dicta sufficiant.

Prouer. 3

Luc. 14.18

¶ Quia autem superiorius dictum est, & amicus senti-
ens amicum præsentem cordialius se, eidem effun-
dit: consideratis nunc vtcung; quæ dei amati essen-
tiæ & præsentiam innuunt, ex his ænigma colligen-
dum est, per quod deum alloquuturi eiq; cordis amo-
rem atq; secreta effusuri, eius præsentiam sentiamus.
Oportet enim per speculum in ænigmate contéplari
in hac vita teste Apost. Itaq; omnis deo creatura
negatur, quia non est lapis, non est arbustum, non
est animal irrationale, non est animal rationale, non
est angelus, &c. Sed bona omnia in creaturis existen-
tia ab una infinita bonitate diuina per participatio-
nem deriuantur. Mala vero earum non à deo, sed ex
nihileitate earum proueniunt. Est igitur breue ænig-
ma dei: Intelligentia summa est infinitæ virtutis,
dans omnibus esse & singulis differenter secundum

Aenigma

1. Cor. 13.

D. PETRI LEYDIS CARTHVSIA.

Sapien. xi exigentiam pulchritudinis vniuersi, vita ipsa præstans omnibus viuentibus vitam, alijs vegetatiuam, alijs sensitiuam, alijs intellectiuam, penetrans conseruando vniuersa, vbiq; & semper totus præsens per essentiam præsentiam & potentiam, nullius egens, replens omnia bonis, nihil odiens eorum quæ fecit, sed amans cuncta quæ creauit. Itaq; semper menti occurrat deus, ut intelligentia viuens & videns, pene trans abscondita intellectus & voluntatis & omnia, existens præ affectus teneritudine pater dulcissimus amans in infinitum. Omnis vero timor, terror, terribilitas, & amaritudo recedant à corde effundente se deo. Quia infinita dulcedo non est amara & terribilis: qualem esse deum timidi phantasiantur, cum sit totus amabilis & desiderabilis. Tamen q; deus terribilis dicitur, non est propter se aut amantem se sed propter peccata, quæ tanquam vera mala illa infinita bonitas, & tanquam vera amara illa infinita dulcedo propellit & destruit ac punit. Inde tamen appetere vere amabilis & amplius reuerendus, quāto omnia prorsus ab eo mala elongantur.

Canti. 5

¶ Præparatio animi ad effusio
nem cordis & diuinæ boni
tatis gustum. Cap. XXI.

Capite. 17



gitur veniendo modo ad conclusio nem & finem, propter quem omnia præcedentia posita sunt: licet semp nobis deus p̄sens esse debeat p̄ considerationē, quārum humana fragilitas permittit, & maxime tempore diuinorum: tamen (prout supra dictum est) expedit semel in die attentius ipsi cœlesti patri nostro pro reformatione imaginis eius obtinenda cor effundere. ¶ Collecto ergo spiritu & occu-

DE BONIT. DIVI. LIB.I. Fol. 38

pationibus omnibus omissis, hoc vel simili modo (cor
de non ore) effundat se deo, quem pro consuetudine
præsentem in ænigmate videt & in affectu sentit.
Hæc enim ex dono dei per crebras exercitationes
experierit, & in tali iubilo perfectius cor solet effus-
di. Primo ergo quasi fasciculo benenciorum dei col-
lecto gratias agat. Secundo pro peccatis veniam de-
precetur, non inhærendo singulis sed in communi se-
reum offerat. Tertio gratiam postulet. Et hæc ad
deum patrem fiant. ¶ Ad deum filium vero primo
admirando & quasi interrogando dicat, quid sibi gra-
tiarum actionis referre possit, pro incarnatione, passi-
one, & charitate eius. Secundo illuminationem po-
stuler. Tertio conformitatē vite eius desideret. ¶ A
deo spiritu sancto primo viuisificationem petat, secundū
reuerentiam & amorem, tertio extirpationem omni-
um malorum. Deinde sine retractione cordis cor suū
in omne diuinum beneplacitū effundat, deum quoq;
suum totaliter veraciter per latram adoret. Tandem
pro omnibus viuis oret & defunctis. ¶ Circa hæc
possent plura declarando dici: sed necesse nō est om-
nia perscrutari. Hoc breuiter dicendum puto, q; quā
vis tota trinitas sit unus deus unus spiritus, &c. &
quod vni sit, alteri personæ impeditur: tamen ec-
clesia mos est, q; secundum proprietates personales
distinctæ personæ adorentur atq; rogentur. Hinc est
q; primo hic distinctæ personis singulis supplicatur,
(licet non omnia secundum proprietates præcise po-
nantur) postea simul toti trinitati cor effunditur per
plenam resignationem. Ad quam resignationem dis-
ponitur cor per præcedentes supplications, in qui-
bus culpa non sicut recognoscitur, beneficia non a
se sed à deo habere se veraciter profitetur, emendati-
onem per extirpationem vitorum omnium atque
per verarum virtutum adceptionem concupiscit, &
à deo dilecto nunquam separari desiderat . Et

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Oratio mentalis. hæc ipsa dispositio cordis etiam effusio est, eo quod diuino beneplacito in his veraciter hæc concupiscendo & faciendo se conformat , vice detestando vitia & concupiscentia virtutes & gratiam. Hæc autem quia coram deo corde sunt intuendo deum , quem scit nihil latere, non potest orans sicut orare. In oratione autem vocali potest quis sicut orare , quia non ita efficaciter & clare intuetur eum quem orat. Etiam sæpe false orat propter distractionem , ignorans quod dicat. Hic autem attentione est quodammodo vita ipsius orationis, nec potest fieri, nisi attente: alias sisteret eo quod non ducitur consuetudine sicut vocalis oratio sed ducitur per attentionem hæc mentalis oratio, vel istud exercitium effusionis cordis . Hinc Beatus Thomas dicit : melius esse orare mentaliter , quam vocaliter . Quæ autem hic petuntur, sunt illa quæ a nobis deus præcipit fieri, & quæ sunt sibi placita. Et hæc conformatio voluntatis nostræ cum voluntate diuina appellatur effusio cordis, eo quod nihil nobis referuamus, instar aquæ effusæ, quæ non manet in vase & insuper late se spargit & terræ illabitur: sic & cor nostrum late se expandit diuino beneplacito sine ulla eleutatiæ resistentiæ aut duritiæ, cedens liberalissime summō bono, cupiensque ut ad nihilum reducatur in conspectu domini, id est, non reseruans sibi quicquam de vetere homine, sed nec de his quæ deo operante percipit, attribuit sibi, sed deo rependit in laudem & gloriam: hoc solum esse computans bonum suum, quod sapit deo omnia fieri . Sicque homo se totaliter priuando ditissimus fit, quia in deo plene requiescit a nullo impeditus, eo quod nihil sibi reseruauit: & tali modo omnia quæ dei sunt, efficiuntur sua. O beata requies ex tali certamine mortificationis inuenta, & beatæ diuinitati tali resignationis & effusionis commertio conquisitæ . Experiatur huius requiei habere quoque diuinitarum gustum deuota anima, quando secundis

DE BONIT. DIVINA LIB.I Fol.39

ferijs legitur in lectione nocturnali ab octauis Pens
tecostes usq; ad festum exaltationis sancte crucis di-
ebus duntaxat ferialibus more Carthusianorum, ef-
funde sicut aquam cor tuum ante conspectum domi-
ni dei tui, &c. Et dum canitur quotidie in Venite, ve-
nite adoremus & procidamus & ploremus, &c.

¶ Vbi notandum, q̄ spiritus sanctus hunc Psalmū:
Venite exultemus, dictavit: & ad præparationē cor-
diū nostrorū instituit cantandum in initio hora-
rum, scilicet ante matutinas: vt per eius excitationē
corda nostra aperiantur ad requiem & diuitias præ-
fatas suscipias. Vnde dicitur: Venite exultemus Psalm. 94.
per deuotionem externam in cantando & ceremoni-
sando: iubilemus, scilicet ineffabili gaudio per deuo-
tionem internam: deo, non nobis, vt fidelis sit deuo-
tio, non quærens quæ sua sunt. Præoccupemus faci-
em eius, ne præoccupemur ab alijs phantasias, &c.
Imo præ omnibus occupemus nos circa faciem dñi
licet in ænigmate, eius præsentiam sempiternam at-
que dulcissimam contemplando sentiendo & fruenda.
Och quid est sentiendo? Libera te anima mea ab
omnibus, nihil reserua: vti à stupore liberentur inter-
ni sensus, & ad liberum arbitrium ingressum dominī
dei tui sanis sensibus occurras ei: vt sentias q̄ delitio
sus sit in omnibus sensibus dominus. Quia in manu
eius sunt omnes fines terræ, imo omnes creature, eti-
am tu, minus enim dicit, & plus innuit. Hoc pro po-
tentia dictum sit, qua regnat vbiq;. Et altitudines
montium ipse conspicit, imo omnem creaturam: te
quoq;. Hoc pro præsentia domini dictum sit, quem
nil latet. Quoniam ipsius est mare & ipse fecit illud
&c. ex nihilo: ergo necessario conseruat per præsen-
tiam essentialē. Ergo hunc existentē infinitū bonum
& omnia hæ bona effudentem & intimissime vi-
dente & dulcissimum dulcissime nobis benefacientē
fidelissime & veracissime adoremus, i, reuerētiam ho-

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

norem, & gloriam exhibeamus, tanquam creatori
gratificatori, & glorificatori nostro. Hæc est adora-
tio latræ, quæ soli vero deo deberur, & potius in cor
de consistit. Et procidamus, hoc est, toraliter subda-
mus nos domino secundum omne suum benefac-
tum. Et pro isto verbo procidamus, oia ista de hoc
Psalmi Venite posui, quia in isto quotidianus gustus
erit aitæ deuote, quando potest veraciter procidere,
id est, resignare se deo à seipso cadendo & deficiendo.
Ploremus (si non possumus adhuc procidere) & con-
tinue lachrymis & orationibus instemus: donec du-
ritia nostra per dei gratiæ emolliat, & nihil in nobis
resideat deo resistens aut displicens: tunc enim vel no-
stra vel certe aliena peccata plorabimus, aut potius
præ desiderio æternæ vitæ gememus & plorabimus.
Cætera transcant pro nunc, quia nō intendo Psalmū
exponere. ¶ Circa hunc modum effundendi cor
deo superius positum unusquisque in suo sensu abun-
det, apponendo & demendo pro libitu & deuotione
vel necessitate sua: quia non est unus modus omnis
bus vel deuotionis vel vitiendi, nec æqualis neces-
itas propter defectus naturæ vel gratiæ vel propter
tentationes: imo non est unus homo inter omnes
homines sicut aliud per omnem modum. Diuersissi-
cantur enim in hac vita ad iudicium supermirandæ
sapientiæ dei pro ornatu vniuersi: sicut cæteræ crea-
turæ. Quia etiam in futura vita unus erit altero
pulchrior in gloria, vel miserabilior in pœna. Ponam
tamen hic magis specificè quam superius posui unū
modum, secundum quem possit quis componere sibi
modum & ordinem magis conuenientem. Non ver-
ba ponderentur, sed vis verborum, quia os nō orat
nec aperitur, sed affectus in lumine intellectus & fiz
dei. Affactus enim saepe ordinem ignorat, maxime
quando feruet præ amore vel dolore, modo istud
modo illud proferendo: sicut experientia probat.

Attamen expedite pro consuetudine aliquem ordinem componere in corde, ne quis obliuiscatur quid perire debeat, & ne interrumpatur feroe vel perdatur si querere cogatur quid proferat. Idcirco sunt conceptus verborum quasi signa iuuantia affectum, ut habeat quodcum se verrat ne erret. Collecto ergo spiritu (quod assuefacto facilissimum erit) & deo sibi praesente per actualem attentionem meditetur, aut corde oret sub hac vel simili forma: prout cuique magis congruere videtur.

C^Effusio cordis ad diuinam bonitatem. Caput XXII.



MNI potens sempiterne deus conditor cœli & terræ, vniuersorum dominus & conseruator moderatorq; omnium infallibilis, quem nulla latet cogitatio, q me ad imaginem & similitudinem tuā creasti, & ad præsens tempus in esse tā nobili conservas, per vnigenitum filium tuum labiorissime ex mera charitate liberasti, ad agnitionē benedicti nominis tui, & ad tam sanctam religionem & dignitatem, scilicet sacerdotij, peruenire fecisti, à multis animq; & corporis malis & periculis atq; tribulationibus, ab innumeris quoq; peccatis peccatorum que voraginibus & à damnatione perpetua sèpissime liberasti, & ad æternam beatitudinem elegisti, pro ut me confidere de tua misericordia fecisti. Pro his & innumeris alijs bonis quæ operatus & operatus es in me & in omni creatura, tibi sit honor & gloria, gratias actio, cordiale seruitium, castus timor, & sincera dilectio in oia secula, Amen. Optime dñe fac me tandem esse gratum, & pessimis ingratitudinis bus & peccatis meis infinitis tibi (non mihi) pfecte

Ad patrē.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Cognitis clementer ignosc. Vince malitiam meam clementiatua. Dona mihi humilem & discretam recognitionem, veram pœnitentiam & emendationem. Fac me amplius te nunquam offendere, sed amicitiam tuam prædulcissimam & gratiam tuam preciosissimam affectuosissime diligere, studiosissime requirere statim inuenire, cum perseverantia per tuam infinitam dignationem & misericordiam. Fortifica me in anima & corpore ad seruendum tibi. Fac me desbiti uti creaturis & sobrie tantummodo pro tui nominis gloria. ¶ Pijssime Iesu tibi & sancto spiritui gratiarum actiones refero æqualiter, sicut eterno patri. Qui voluisti de eodem spiritu concipi, nasci de purissima virginie Maria & homo fieri. Quid tantæ charitati & misericordiæ rependam? Quid mortali vita & pœnitentiæ, quam pro nobis exhibuisti, & quod te totum nobis impediisti, scilicet te ipsum tam gratiosum & virtuosum ac gloriosum exhibendo in familiari conuersatione cum hominibus, maxime pauperibus atque simplicibus, in exemplari vita omnis perfectionis, in dulcissima prædicatione regni dei, & gloriostissimorum miraculorum ostensione. Quid obsecro benignissime Iesu & verissime amator, reddam pro persecutionibus, insidijs, tristitij, sanguineo sudore, derelictione, captione, iniurijs totius noctis, nudatione, flagellatione, coronatione, crucifixione, tormentis crucis, crudeli morte, & tanta charitate atque dulcissima affectione, necnon & pro tam suaui spirituali corporis & sanguinis tui refectione? Gratias ago quantum valeo optime domine, & rogo fac me particeps omnium meritorum & bonorum tuorum, & fac me gratum existere & redamare ac vicem rependere. Et rogo ut circa hoc reuerendissimum eucharistia sacramentum indignitati meæ, vilitati, irreverentij, & negligentij meis clementer ignoscas. Et pijssime Iesu, tu qui es æterna patris sapientia, do

Ad filium.

DE BONIT. DIVINA LIB.I. Fol. 48

ce me sapientiam: vt tu solus mihi sapias & alia o-
mnia desipient, prudentia, recta consilia, discretionem
in conscientia mea & sancto seruitio tuo. Fac me fires-
num, adiuua me contra pusillanimitatem, erro-
res, phantasias, scrupulositates, aperi mihi intellectum
in sacra scriptura, non pro curiositate sed pro vera
sapientia & charitate tua conqueri edis. Fac me intelligere
beneplacitum tuum & gaudiose adimplere. Fac me re-
uerenter stare in oculis tuis, & sicut oportet. Libera me
a cura & sollicitudine aliorum, vt valeam tibi magis plas-
cere & ad te securius & citius peruenire. Cōfirma me
tibi in moribus, dona modestiam, humilitatem, obediētiā,
patiētiā, sobrietatem, castitatem, paupertatem, & ceteras sunt
ad statum meū necessaria. ¶ Benignissime domine, viuifica
me, vt odio habeam quae odis, & diligam quae diligis
Fac me fortiter in virtutibus proficere. Cōfirma me
in sancta fide catholica debite intellecta, in certa spe
vt innitar super te: & ergo fac me bene de te sentire,
& dona mihi tui fiduciam. Dona mihi semper te cole-
re pura mente & secura cōscientia, te castae reuererent
que diligere, ardentem affectu ad te anhelare, a te nunc
quam separari sed citius ad te peruenire. Occide omni-
nes carnales & seculares ac creaturales affectiones in
me. Et fac me filium gratiae & gloriae tuae pro tua di-
gnatione & maxima liberalitate. ¶ Te vnicem domi-
ne deus trinum in personis confitebāt patrem, & fili-
um, & spiritum sanctum, & unum in essentia. Et tibi
domino deo meo, ex cuius bonitate & in cuius po-
testate omnia subsistunt, que nihil latet, qui præfens
es & cor meum nunc & semper intueris, me totum
commendo, & te secundum quod in teipso es suppli-
citer veneror & adoro, subdendo me optabilissimo
beneplacito tuo iugiter. Hic debet voluntas plene
manere deo subiecta sine villa cūctatione aut retracta-
one. Paratur tamen hic laqueus indiscretions, scilicet
quod quandoque quis putat necessarium fibi vt in

Ad spiritum san.

Ad sanctissimam trinitatem.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

aliquo resignet se, in quo tamen non oportet vel nō expedit: & istud frustra seu irrationabiliter impedit animi libertatē & gustum diuinū, prout etiam supra tactum fuit. Quia si repugnauerit animus, quando merito se deberet resignare, scz tenendo in se qd nō valet ita prompte & gaudiose propter deum dimittere, hoc vtq tollet omne gaudium spirituale in ista cordis effusione. Debet ergo se homo ponere contra se, auxilium domini implorare, nec desistere donec vincat semetipsum. Ad hanc victoriam obtinē dā multū valet assumere vigorē animi & etiā ppositū firmum, scz velle nedū omnia peccata sive mortalia sive venialia relinquere, & domini p̄cepta seruare sed etiā omne beneplacitū eius adimplere pro posse. Considerare etiam debet dominum deum suum esse præsentem & consideratēm expectantemq; victoriā, quam coronet. Aduersarium etiam suum aduertere debet qualiter conetur vt eum deicere possit à sancto proposito & digne deridere. Confundā etiam debet animus in se propter temorem suum & vires assumere. Impacabilis sit sibi hæc pugna nec tedium vincatur, si statim victoriam nō obtinuerit, vel cœlestis consolatio non arriserit: sed cogite & omnia no confidat, quia non erit inanis labor eius. Purgat̄ interim animus, vt cœlestis dulcediniſ capax sit: & exercitatur, vt firmius teneat, quod per labore postea reperit. ¶ In ista effusione exhibita sanctissime trinitati & in hac adoratione latrīq dicit̄ cor potissimum effundi & relinquī potius, quā in p̄cedētibus effusionib⁹ exhibitis singulis personis: quia illē sūt p̄ modū petitionū qbus quis gratiā vel donū alī quod impetrare nitit, p̄ h̄d se diuiuē valeat voluntati cōformare: ista vero sit per modū plenarię iam oblationis sup̄plus & perfectę resignationis & quasi iam adeptę reformationis & conformatiōnis quo ad omnia. Quia tamē omnes iustitię nostrę sunt quasi

pannus menstruatae, & omnia bona nostra permixta sunt multis imperfectionibus (nobis etiam sape incognitis) ideo facta praedicta effusione etiam quantumcumque deuote, humiliato corde veniam deprecetur, his vel similibus verbis, corde & non ore: Ignosce optime domine imperfectionibus meis, &c. & dignare mihi donare veram effusionem cordis & reformationem, & doce me colere & diligere te in vereitate. Tunc in fero re spiritus aliorum etiam memor sit mentaliter loquendo deo. Miserere optime domine omnibus quos infinitae tuae bonitatis specialiter consueui committere, & pro quibus teneor specialiter orare & quos bonorum meorum spiritus alium participes feci. Et viuis & defunctis vniuersis, qui possunt esse partes gratiae tuae. Miserere haereditati tuae preciosissimo sanguine redemptorum, oris domino nostro, domui nostrae, illi causae atque afflictis.

¶ De fructibus huius effusonis. CAP. XXIII

F X his potest quis formare modum sibi conuenientiorum. Haec effusio vel istud exercitium competenter potest expleri ab eleuatione usque ad finem missae seruendo in priuato: quamvis pro dilatatione cordis in loco secreto temporis spaciū non exigat determinatum. Potest etiam in spacio versus misericordia breuius cōpleri: & hoc quādoque frustuosi, dum ex bona vel necessaria causa animus ad alia festinat. Quia ex quo in corde, & corde hoc exercitiū gerit, citissime per singula anima discurrunt, maxime assuefactus, quia ex cōsuetudine faciliter totius negotiū virtutē cōpræhēdit. Et tunc ea quae superins per modū petitionū digesta sunt, dimittit, cū nec debeat recenseri omnia, sed ea dūtaxat quae deuotio vel necessitas suggerit, ut oīo libertas animi non impiediat & ne-

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

multitudo petendorum & eorum in quibus debet se
animus resignare & diuinæ voluntati se conforma-
re, tedium generent. Antequam fructus huius exers-
citij gustetur, tedium animo sæpiissime ingeritur: cō-
tra quod oportet diligètissime vigilare: sicut & no-
mni bono studio recetero inchoato. Perseuerantia enim
boni operis meretur coronari. Incidet animo sæpius
q̄ potiora his possit agere & ob hoc istud exercitiū
dimitrat (hoste antiquo fallente) & etiam illa quæ po-
tiora sibi videbantur. Attamen hoc sciat quicunq̄
hæsit, q̄ nihil utileius est amoris exercitio, quale est
istud, cum amor sit tota causa istius exercitiij. Nihil
est etiam dulcius exercitio amoris, & ideo ob nullā
est persuasionem omittendum. Sed tamen verum
est, q̄ diuersorum diuersi sunt modi excercendi. Tnō
est etiam putandum, q̄ hæc effusio sistat aut quiescat
animæ fructificare expleto exercitio: sed exinde mul-
tiplices gratiae & consolations instar effusæ aque in
riuos deductæ locum delitiarum deis (cuius delitiae
sunt esse cum filijs hominum) id est, ipsam deuotam
animam ingrediuntur & irrigant. Inde oritur sapor
psalmodiarum, lectionum prophetarum, atq; totis
us sacræ paginæ cum expositionibus suis, & attētio
deuotissima in soluendis horis canonice, suauitas
quoq; cantorum ecclesiæ, abundantia amararum
& dulcium lachrymarum, deniq; occursus præsentis
diuinæ omni loco & tempore cum sensibus moralis-
bus allegoricis & anagogicis, nedum circa sensum
historicum sacrarum scripturarum, sed etiam circa
omnes creaturas: quæ omnes ducunt deuotam
deo effusam & resignatam animam in ipsum domi-
num omnium creatorum. Sed vœ infirmitati carnis
& inconstatia cordis nostri: quod statim refluit à tā
Cordis in excelso monte per varia desideria ad cōsolationes &
cōstantia. occupationes creaturæ, & nō finit tā p̄ciosam dei in-
fluētiā fore cōtinuā vel plixā. Sunt se interdū aīa

DE BONITA. DIVINA LIB.I. Fol.43

quasi grauissimo pondere oneratam, quod habet ex corruptione: & ideo cito relabitur ad miseras suas.

Habet etiam dominus Iesus sterilitatis limam, quam animæ interdum immitit & diem vertit in te nebras. Sed modicum sustine, serua fidem amato pariter & amanti, quia tristitia tua vertetur tibi in gaudium. Huius rei, hoc est, sterilitatis vel subtraktionis gratia diuersæ sunt causæ: vna est miseria nostra, scilicet ut prædicti, eo q[uod] ad alia solatia se vertit animus, popter quod merito se sponsus ostendit iratum & denegat pacis osculum, eo q[uod] alterius serui vel ribaldi repererit signū. Et vere mirū est valde, q[uod] talis sponsus, scilicet dominus Iesus, vñquam reueritur. Et tamen sua dignatione s[ecundu]m reuertitur, imo innumeris vicibus. Vnde nobis ingratis. Alia est causa, scilicet probatio veri amoris. Sunt etiam aliæ multæ causæ. Generat insuper prædicta resignatio stabilitatem animi in odium vitiorum amoremsque virtutum, intantum, quod propter præsenti am domini (quam pro consuetudine prompte animus sentit) Jerubesceret vehementer, si non seruarer propositum & fecundus cum domino suo initum, dando se vilissime victimum vitijs. Hic iterum laqueus patratur indiscretions, quia dum quis cuncta vult euadere nimius efficitur, incipit enim omnia habere suspecta, tanquam quæ displiceant dilecto. Discretio itaq[ue] summe necessaria est volenti se deo effundere. Igitur (vt prosequar quod statim tetigi) dum sensit se animus inter vitium & virtutem positum atq[ue] vrgeri ut vnum eligat, cōfunditur vitio deliberare succubere: sicq[ue] opitulante deo, q[uod] veraciter aduertere cœperit, q[uod] illud deo displicet, istud vero placet, igne vehementissimæ indignationis accedit contra vitium illud, execrado & p[ro]sequendo ortiterq[ue] virtute amplexando. Sicq[ue] sit, vt iā nō timeat ne vici apto vel manifesto p[ro]tō, sed de occultis iſidijs solūndo ne

Discretio.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

decipiatur animus , sollicitus sit. Hinc oriuntur sera puli conscientiae,dum incidentes cogitationes virtuum pati cogitur inuitus: timet enim sentiendo huiusmodi incidentias, ne forte passus sit, hoc est, receperit seu admiserit cogitationes, vel delectatus sit, vel consenserit . Itaque defacili animus sibi suspectus sit , ne forte errauerit circa iudicium rationis, dicendo bonum malum vel econtra, quia incertae sunt prouidetiae nostrae & cogitationes mortalium timidae. Et quæ sepe quod secundum verum iudicium rationis & consensum agi putatur vel sentiri, pro sola passionum inclinatione fieri contingit, sit, ut homo timoratus semper sit pauidas & omnia sua opera vereatur. Et

Sapient. 9

Prouer. 28

quamvis huiusmodi homo secundum scripturas beatus appelleatur: summo tamen studio agendum est ut timor talis maneat discretus, quia numeras eius periculosa est valde & effusionem cordis confundit vehementer. Sicut autem supra, Capi. 17. tacitum est & modo in hoc capitulo latius expositum, praelibata effusio & resignatio cordis fructum gignit saluberrimum, qui facit hominem sanum , in prosperis humilem & cautum, in aduersis patientem & secundum. Sic renouatur interior noster homo de die in diem, donec transfiguratus in eadem imaginem quæ conditus est & similitudinem occurrat illi qui imago dei patris est , in amplexus eius ruens tanquam sponsa sposo: à cuius felici vniione iam in perpetuum non auelletur. Quod nobis præstare dignetur ipse sponsus Iesus Christus dominus noster, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat per infinita secunda seculorum, Amen.

¶ Quanta dignatio sit quod diuina bonitas dignatur animam suscipere in spousam, & de Christi passione.
Cap. XXIII.

DE BONI. DIVINA LIB.I. Fol.44



Euera cum omnes iustitiae nostræ sint
quasi pannus menstruatæ mulieris, & Isaïe. 64.
permixtae sint multis malis & imperfe-
ctionibus: valde mirandum est, si per- Ezechie. y
fecte cōsideretur, quomodo audeamus

ad tñm honorem aspirare, vt aia nostra
sponsa dei dici debeat & fieri. Pauper & immundus
mendicus, cæcutiens, claudus & obstitus vulneribus
fætentibus, nulla insuper mox honestate ornatus, si
amicitias quæreret facere cū regis vnicæ & nobilissi-
ma filia: nunqd non tota indignabunda efficeretur
tal is regina, q à tali tam turpi impeteret, imo q saltē
de ea cogitare talis præsumeret, maximē si in sponsa
sam petere. V el si paupercula quælibet & corrupta
regis filium in suum hospitium fœtulentū & ad con-
trahendū secum inuitaret: nunqd non à sapiente &
castissimo iuene tanq meretrix & fatua & præsum-
ptuosa cū indignatione repelleretur? Et quid sumus
nos aut quid est aia nostra ad filium dei? Et tñ quam
uis sit pauper, corrupta, & immunda, sit sponsa Chri-
sti. Nouit sapientissimus sponsus filius dei & castissi-
mus iuuenis virginis filius sine detimento suæ glo-
riæ, imo in augmentum gloriæ suæ, per suam artem
aiam ignobilē vitijs (quanq origine nobilem) reno-
bilitare, pauperē ditare, turpem pulchrā facere & ta-
lem reddere q ad memoriam tantæ artis nulli digni-
us quā sibi copuletur. Quæ quanto fuit miserabilis-
or, tanto beneficiorum memor & summae gloriæ q
adepta est in coniunctione filii dei, ardenter atq syn-
cerius diligat diligentem se sponsum etiam de seipso
summe amabilem, atq in semetipsam reuertens prio-
risq inflicitatis non immemor humilissima & gratis-
sima perseveret. Quia ergo ex sua infinita digna-
tione placuit deo (qui errare non potest, sed ad sus-
am gloriam omnia operatur) vt sibi anima intans
coniungatur, sicut felicissima est aia quæ hanc gratiæ

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

gratis oblatā p̄cipere potuit: ita infelicissima & ingratissima est atq̄ (quatu in se est) priuatrix gloriae dei inuenitur, quæ talem gratiā neglexerit. De dñi dei nostri itaq̄dignatione exultemus cum reuerentia & iubilemus de tanta gratia, atq̄ eidem pro qualicunq̄ vicissitudine ad bonum vtiq̄ nostrum liberalissime cor effundamus. De nobis ipsiis vero semper humilie summe, nec vñquam proprię vilitatis & nihilei tatis obliuiscamur: hoc enim generat syncerā dilectionem ad deum, & prouocat eum vt gratiam suā nobis largiatur vberiorem.

¶O quantum gauderet mendicus, si à diuite aliquo vestem acciperet & centum florenos. Quātum laudaret benefactorem suum, quantum diligeret, quām gratus esset. Vix se contineret. Et quid aut quantum est quod mortalis accipere valet a mortali? Ecce quātum ex mera dilectione quotidie præstat nobis deus esse, viuere, intelligere, &cætera naturalia. In spiritu alibus præstat diuersa gratuita dona & gratiam grantum facientem, præstantiorem cunctis naturalibus. Insuper infinita bona in æterna beatitudine repromittit. Et reuera si is qui benefacit diligit, & qui meius amplius diligit, & qui summe benefacit summe diligit, maxime nos deus diligere comprobatur: vt pote, qui maxime imo solus nobis benefacit: & tamē manemus ingrati & negligimus talem gratiam & tantam eius charitatem, inuoluti amoribus immundis. O nostra cæcitas, o tarditas, & ingratitudo pessima. Resipiscamus tandem & lætemur in deo liberissimo, iugiter laudemus eum & redamemus atque nosmetiplos cordialissime eidem effundamus. Nihil ex hoc amitteremus, sed meliora obtinebimus in melius commutari.

¶Pro obtainenda perfectius effusione & resignatione cordis (quæ est reparatio similitudinis & imaginis dei in nobis) plurimum confert deuota recordas

DE BONITA. DIVINA LIB.I Fol.45

tio dominice passionis: ex qua omnibus reparatioⁿis gratia venit, præcipue his qui eius deuote recordantur. Quia ipsa est perfecta forma, cui nos de formati & indurati phabita mollificatione p ignem charitatis de nouo imprimi debemus, vt imago dei patris in nobis valeat resplendere. Hoc exercitium fieri quotidie conuenit in missa conuentuali. ¶ Tria vero circa vitam & passionem domini consideranda sunt. Primo opus, vt habeas compassionem cum domino tuo in sua paupertate, miseria, frigore, astu, persecutione, tifstitia, iniuria, flagellatione, coronatione, illusione, condemnatione, crucifixione & morte atq; similibus. Secundo modus viuendi atq; patiendi videndum est pro exemplo imitacionis, scilicet quam humilis fuerit, quam obediens, quam patiens, quam peuper, quam castus, quam charitatus, &c. Tertio causa pensanda est, quare scilicet venerit, sic egerit, & talia passus sit: quae non inuenitur alia, nisi charitas qua nos dilexit, & vt ipsis redamare non pigeret. Vnde Augustinus libro de catechizandis rudibus. Quæ autem maior causa est aduentus domini, nisi vt ostenderet Deus dilectionem suam in nobis, commendans eā vehementer: quia cū inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est. Hoc autem ideo, quia finis precepti & plenitudo legis charitas est, vt & nos inuicem diligamus, & ipsum deum, qm prior dilexit nos, & filio suo vnicoco nō pectit, sed p nobis omnib^s tradidit eū: si amare pigebat, saltē redamare nō pigeat, Nulla est enim major ad amorē in uitatio, quam puenire amādo. Et nimis durus est anim^s, qui dilectionē si nolebat impendere nolit & rependere. Igitur colligēdus est ex euangelio fasciculus virt^e Iesu & corde (non ore) orandum circa singulas virtutes, vt istam virtutem assequi valreas vel gratiam, aut vt te Iesus illius meriti participation efficiat, Verbi gratia; Pauper erat Iesus natus,

Christi
passio

1. Timo v.
1. Iohan 4

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

& de eleemosynis postmodū vixit, qui tamen omnē
creratā bonis replet. Ora corde eū g̃ntueſ cor tuū
& eū sentis te intueri: nō indiget verbis oris, sed ve-
rū effusum cor exigit, dic ergo: P̃ijſſime Iesu dona mi-
hi tuo exemplo paupertatem diligere & habere. Cō-
dole etiam ipſi, qui propter te cum diues esſet, in op̃i
am ſuſtituit. Item, tres Reges munera obtulerunt.
Ora, vt & tu merearis gratia duce dominum inueni-
re & myſtīca munera offerre. Iesu mortuos fufcitat.
Ora, vt & te in anima refuſcitet. Orāt Iesu pro ini-
mīciſ & moritur. Ora, vt particeps efficiariſ orati-
onis ſuā mortis & meritorum ſuorum existentiū
infinitæ efficacīæ. Sic p̃ ſingulos articulos fieri potest
In his duobus, ſcilicet conſideratione operis & imi-
tatione exempli, ſit diſcreta imaginatio, ne caput
laedatur. Sit etiam labor perſuerans, donec ad tertii
um ſcilicet charitatis lumen peruenire merearis, in
quo inuenies requiem: & tunc priores modos ope-
ret leuiter pertransire, ne hunc tertium impediāt,
quia in iſto latet totus fructus finalis, qui tamen ſi-
ne primis poſſidetur. Tunc libere volat anima de vo-
no articulo paſſionis ad alium: nec circa vitia vin-
cenda vel virtutes amandas diu occupatur, ſed amo-
ri inhāret quem inuenit. Et per illum facilius om-
nia transgreditur & ſeipſam relinquit, quam per ul-
lum aliud exercitium. In omnibus enim & ad om-
nia efficacior eſt amor. Tunc oportet conſideratio-
nem paſſionis & virtutum relinquare, in quantum
ſcilicet amoris exercitium impedit. Quod contin-
git, quando actualiter feruet amor, cuius libertas
tollitur, ſi alia conſiderare cogatur. Igitur libere
quo voluerit diſcurrere amor permittatur, quia i-
pſe talia recipit quæ ſuo exercitio congruunt: ad alia
cogi non vult, ſed vult ea libere relinquare: quā-
uis ſæpe cum labore vix poſſint relinqui. Habitua-
tus q̃ppe animus nō fine dolore aſſueta relinq̃t & qua-

2. Cor. 8

Matt 2

Luc. 7,8

Mar. 5

DE BONI. DIVINA LIB.I. Fol. 49

Si scrupulum habet si consueta non fecerit. Obiectum autem huius exercitiū est deus & homo in una persona, & hic crucifixus. De diuinitate Christi dictum est supra. De humilitate eius hoc hic breuiter retigis. Se sufficiat, quod omnes puras creaturas excedit, in gratia, in sapientia, in virtutibus, & in omnibus perfectionibus, ab instanti suæ conceptionis inseparabiliter deo in unitate personali coniunctus nullis precedentibus meritis, filius nobilissime & perpetuæ virginis ex regali prosapia, formatus a spiritu sancto (& prorsus quicquid laudis aut amoris esse poterit, totum in eo plenissime ac perfectissime reperitur) existens totus laudabilis & gloriōsus & desiderabilis. Ex his & alijs multis quæ possent adduci, diligentissime perspectis consurgit admiratio & augetur compassio. Piger animus excitatur ad imitandum tales ducem, dominum suum, deum suum, & redemptorem suum. Confunditur si ipse pœnitere, lugere, virtutibus studere, usq; ad mortem charitati inherere omnibus spretis non satagat: cum dominū suum his seriosissime videat ex puro amore vacare nostram salutem querendo. Et hac est utiq; effusio cordis. O dignatio diuini amoris, qd laudis, quid admirationis, habes, quid amoris & famulatus iustissime a nobis exigis? Singulas horas canonicas congrua & breuis per modum iaculationis debet præcere meditatio passionis dominice. Ut ad tertiam Recordare domine Iesu nudationis, flagellationis, coronationis, piissimæ matris tuæ, & illius sancti, & cæte.

CPræscriptorum exercitiorum sparsim positorum continuus textus.
Cap. XXV.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.



OMine deus meus, qui es ipsa
bonitas infinita, secundum oes
perfectiones quas de te cogita-
re possum, incommutabilis &
incontaminabilis, semper id ipsum quod
es perseverans. Tu condidisti vniuersam
creaturam in laudem & gloriam tuam,
coſeruas & moderaris in tanta multitudi-
ne magnitudine & varietate, nec aliqd sub-
trahit se regimini tuo, nec erras, nec glabo-
ras, sed semper manet tua felicissima quies.
[Semper intellectus & amor suæ actioni infistant.]

Tu me creasti ad imaginem & similitudi-
nem tuam, & in esse conseruas.

[Considera quā magna sunt hæc beneficia & quā
nobilia: sicq; ad singula fac.]

Per dilectum filium tuum me redemisti
ex purissima charitate, & hoc pœnissime
me & laboriosissime, ut ostenderes diuiti-
as græ, misericordiæ, & amoris tui mihi.
[Poterat leuius redemisse, sed magnitudo amoris
præelegit pœnisiorem viam, ut ad redamandum ef-
ficacius nos attraheret.]

Ad agnitionem sanctissimi nominis tui
me peruenire fecisti, etiam nobiliter.

[Hic agnoscat se illa nobilitate indignum, comparâ-
do donum nobile sibi indigno: & non seipsum alte-
ri: quasi illū ex dono p̄celleret cuius dona ignorat.]

DE BONI. DIVINA LIB.I. Fol. 47

Ad tam sanctam religionem & dignitatē
me peruenire fecisti.

[Indignum se agnoscat. Per dignitatem significatur
sacerdotium & officium, si habuerit.]

Direxisti me in præsentia tua, & specialē
ad me respectum habuisti, & gratiam in
oculis seruorum tuorum inuenire me fe-
cisti, ut solicitudinem mei gererent, pro
mea salute.

[Intelligit parentes & omnes qui solicitudinem e-
ius gesserunt, & seruiunt ei usq; adhuc & in futurꝝ]

A multis animæ & corporis periculis &
tribulatiōibus me eripuisti, ab infirmita-
tibus & ægritudinibus, à mendicitate, à
præcipitijs, à casibus, à malis hominibus,
à submersionibus, & alijs innumeris ma-
lis, quæ mihi accidere potuissent, sicut ali-
quibus hominibus, nisi pietas tua me libe-
rasset. Etiam à temptationibus, à peccatis, à
voraginibus peccatorum, à dominatio-
ne perpetua sæpiissime me liberasti.

[Exceptio ab his malis, est magnum donum dei.]

Insuper fidutiam præfas quod ad æter-
nam beatitudinem me elegisti, in qua te
ipsum mihi manifestabis. Ut tunc cogno-
scam clare te dominum deum meū, perse-
cte atq; purissime diligam, fruendo in te

D. PETRI LEYDIS CARTHVS

solo requiescam, & perpetuo cum omnibus sanctis syncerissime te laudem & glorificem. O piissime deus, hoc confirma & citius perfice.

¶ Pro omnibus bonis tuis quæ operatus es & operaberis in me, & in omniceatura tua, tibi sit dñe deus meus honor, gloria, gratiarum actio, cordiale seruitium, castus timor, & sincera dilectio, per omnia secula seculorum, Amen.

¶ Pie deus, fac me gratum: pessimis vero ingratitudinibus & peccatis meis innumerabilibus (si communicauit) per virtutem sumpti sacramenti, & propter te met ipsum clementer ignosce. Vince malitiam meam: da mihi humilem, discretam necessarium peccatorum meorum recognitionem, gemitum, auersionem, detestationem, poenitentiam in hac vita, emendationem perfectam: concede ut te amplius non offendam.

[Quamvis sine peccatis venialibus vivere nequeamus, debet tamen esse in nobis desiderium nunquam peccandi venialiter. Velle peccare venialiter, valde impedit profectu vitæ contemplatiæ & perfeetiōis.] sed suauissimam amicitiam tuā, & precio

fissimam gratiam fac me summo affectu
diligere, studiofissime requirere, & statim
inuenire cum perseverātia, pro tua infini-
ta dignatione & misericordia. O pie deus,
fac ut hanc dignationem tuam non negli-
gam.

[Maxima dignatio est, quod deus optimus maxim⁹
nos viles homines & ingratos peccatores dignatur
in sui amicitiam & gratiam recipere.]

Fortifica me in anima & corpore ad ser-
uitium tuum, & dona mihi ut sobrie utar
creaturis tuis, in gloriam & laudem nomi-
nis tui.

[Vtimur creaturis pro sustentatione corporis, in
virtute, & amictu, & recreationibus. Temperantia est
necessaria in hoc negotio.]

Gratias ago tibi domine Iesu, & spiritu Ad filium,
ritu sancto & qualibus æterno patri, qui p
salute mea voluisti de eodem spiritu con-
cipi, & nasci ex purissima virgine Maria,
& quod homo factus sis. Quid & quan-
tum debedo domine Iesu, deus homo, ho-
mo deus, Messia, Christe domini, Emanu-
el, nobiscum deus, domine maiestatis, ma-
xime & fortissime amator, quod factus es
mortalis, mortali vitæ effusionibus.
[Quia totaliter in nostram salutem se effudit.]

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

persequutionibus, tristitijs, pœnis, præcipue tormentis crucis, quando factus es miser & miserabilis atq[ue] vilissimus in oculis hominum.

[Hic occurrat quantis pernis affiebatur dominus Iesus illis horis, quando pependit in cruce, satisfaciens pro peccatis omnibus oim hominum, ab omnibus de relictus, quod vere fuit miserable in tali persona. Hic condoleat intantum dolenti.]

Quid reddam amatoris tanto pro amarissima morte, & ineffabili exhibita charitate? ¶ Obscrote domine Iesu per incarnationem tuam, per habitationem in virginio vtero, per gaudium animæ ad gratiam unionis, per nativitatem hyemis tempore, per dolorem circumcisionis, per venerationem magorum, oblationem in templo, fugam, exilium, per formidolosum redditum, per subiectionem, obedientiam, per pœnitentiam pro nobis, per baptismū iejunium, tentationem in deserto, per penitiam, paupertatem, necessitatem, huius mortalis vite, per effusiones, gratosissimā, virtuofissimam & gloriofissimam vitam, per ingratitudinem Iudæorum, quam sustinuisti, quum vellent te præcipitare, insidiouse capere in verbis & in factis, violen-

ta manu intentantes lapidare, per mode-
stiam, humilitatem, patientiam, mansuetu-
dinem & cæteras virtutes tuas. Per lassitu-
dinem in discurrendo, prædicando, vigili-
as, famem, siti, dulcedinem ad peccato-
res, miraculorū operationem, lachrymati-
onem, gemitus & suspiria ad patrem. Per
venditionem à proprio discipulo, quem
nouisti & sustinuisti, per cœnam tuā vlti-
mam ac dignissimam, per humiliatiōem
ad pedes discipulorum, per sacramenti su-
auissimi institutionem, per suavitatis eius
gustationem, per tristitiam, agoniam, su-
dorem sanguineum, derelictionem, tradi-
tionem, ligationem, contumelias, iniurias
colaphas, alapas, sputa, blasphemias
per falsam accusationem, iniustum da-
mnationē, per dolorem super Petrum, lu-
dam, & alios discipulos, per deductionem
ad diuersos iudices pro sententia mortis,
per illusionem, nudationem, flagellatio-
nem, coronationem, anxietatem innocen-
tis animæ tuę: per reiectionem præ Barra-
ba, per iniquam sententiam iudicis, per du-
ctionem cum laironibus, per crucis baiu-

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

lationem, gesticulationem aduersariorū,
& ignominiam crucis, per piorū gemitus
& maxime matris, per fatigationē, ama-
ram portationem, vestium extractionē,
extensionem in cruce, conclauationem
tormenta crucis, per lachrymationem, in
iuriaꝝ illationem, p̄f̄ssimam orationem
latronis miserationem (iam in regno tuo
memor esto me) matris compassionem,
per derelictionem aceti & fellis portationē
consummationem, amarissimam mors-
tem, per tātam charitatem, per lateris per-
fissionem inspectante matre, per sepultu-
ram, mœstitudinem amicorū, per resurrectio-
nem, apparitiōem, ascensionē, spiritus san-
cti missionem, per institutionem ecclesiæ
assumptionem matris, beatificationē san-
ctorum, per extremū iuditium, æternam
saluationē animarū & corpororū. Resurrexi
sti gloriosus à mortuis, apparuisti tuis, læ-
tificasti eos, ascendisti coram eis in celos,
misisti spiritū sanctū, ædificas ecclesiam,
colligis viuos, assumpſisti piām matrē, ven-
turus es iudicare viuos & mortuos, regna-
turus cū omnib⁹ tuis in ppetuū, & ego tecū

DE BONI. DIVINA LIB.I. Fol. 50
pie Iesu. Quid reddam amatori pro amissima morte & ineffabili exhibita charitate? Bone Iesu, fac me obsecro participe omniū meritorum & honorū tuorum [cogita q̄ hoc libentissime facit] fac me gratū reddentem vicem, redamatem, & etiam pro amore tuo morientem. Ignosce indignitati, vilitati, irreuerentijs, & negligentijs meis, doce me sapientiam, vt tu mihi solus sapias, & omnia desipiant. Dona vt nunquam vrar aliqua concupiscentia. Dona prudentiam recta confilia, discretionem in conscientia mea, & in sancto seruitio two. Fac me strenuum, & in oculis summæ maiestatis tuæ me talem exhibere sicut describit. Anima me contra pusillanimitatē errores, scrupolositates, phantasias & similia. Aperi mihi intellectū in scripturis, & in beneplacito tuo, vt sciā quid acceptum sit corā te, & dona vt illud diligā & agam. A cura & solicitudine aliorum hominum libera me, vt possim tibi amplius placeere, & ad te perfectior, & securior, & citius puenire. Quod si placuerit tuę excellētissimę maiestati, vt aliqd fiat in me, fiat volū

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

tas tua, & adiuua me ut possim esse utilis
in officijs & nihil negligere. Conforma
me tibi in vita & in moribus, dona mihi
modestiam, humilitatem, obedientiam,
patientiam, & quæcunq; ad statum meū
mihi sunt necessaria. ¶ Benevolentissi
me domine, uiuifica me per gratiam tuā.
Auerte me totaliter ab omni malo, con
uerte me totaliter ad te ipsum, & dona ut
odio habeam quæ odis, & diligam quæ
diligis. Fac me fortiter in virtutibus pro
ficere. In fide catholica sane intellecta,
perseuerare. Adauge in me fidem. Corro
bora me in spem certam, concede mihi
bene de te sentire, & super te inniti: dona
mihi tui fidutiam, & præsta mihi, semper
mundo ac simplici corde, quiera & secura
conscientia te colere, castissime te reuere
ri & diligere. Tu vnicē placeas, tu vnicē sis
defideratus & dilectus, vnicē occupās, vni
ce possidens, & ego tibi soli placere deside
rem. Fac me à te nunquam separari, ad te
anhelare, in te solo quiescere, & ad te citi
us peruenire. Pereat omnis inordinatus
amor, & quicquid impedimento mihi es

Ad spiritū
sanctum.

DE BONIT. DIVINA LIB.I Fol.51

se potest perueniendi ad te vnicum & totum desiderabilem & amabilem.

[Nihil aliud petat contemplatiuus : nec sensibilem deuotionem, animi dulcedinem, vel intellectus illuminationem: sed haec & omnia necessaria committat dilecto, qui utique curam eius geret , neque negligeret eum. Cauet ne in villa creatura quantucunq; nobili, vt est gratia & dona dei, quiescat: sed in solo & unicco dilecto deo. Propter qd obtainendum aptet intellectum, vt illuminet: & affectum, vt incendatur: quia finis contemplationis est amor contemplati in contemplante : ergo in solo dilecto deo' quietendum est: & hoc est vnicce quietendum, & alia omnia propter hoc. Istud innuit præceptum domini: Diliges dominum deum tuum ex toto, &c. Finaliter illuminato intellectu, & incenso affectu, quantum dominus dederit, dicat dilecto:]

CTe domine deus trinum in personis confiteor patrem & filium & spiritu sanctum, & vnum verum deum sicut in te metipso es, veneror & adoro, inclinando & subdendo me totum & irreuocabiliter sanctissime tue maiestati, prout vnuersa creatura secundum omnem modum promptissime, perfectissime & verissime debet subesse.

Ignosce pie deus, amor meus, quod minus egi, doce me colere reuereri & diligere te in veritate. Amen,

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

¶ Pro intellectu clariori præscri
ptorum additio. Ca. XXVI.



STensa est hic effusio cordis, qua si quotidie contemplativa anima perfusa fuerit, germinare eam faciet, & producet fructum spiritus in tempore suo videlicet quando in lectulo contem-
platius expergiscitur (qui fructus co-
suevit esse suauissimus, utputa nulla tunc occurren-
te aliena forma vel ænigmate nisi dilecti & pæle-
sti.) Item tempore psallendi & legendi horas Cano-
nicas: etiam tempore orationis cululis: ac tempore
lectionis diuinorum voluminum: necnon tempo-
re prosperitatis & aduersitatis: item tempore
tractandi consilia & respectus in vniuersas creaturas
item omni tempore. Quia cor semel incensum di-
uino amore, semper inquirit id vnde gaudere solet,
in quo solo quiescere pælegit, & sine quo, & ex-
tra quod omnino quiescere non potest. Ad quod ut
facilius perueniatur, tradam hic atque describam
ænigmata, & specula & media quædam per quæ de-
us (teste Apostolo) videtur in hac vita: sed non po-
test tradi, quid sit illud videre scilicet & affici. Dabo
ei, inquit dominus in Apocalypsi, calculum candi-
dum (id est intellectum purificatum à phantasmati-
bus, & affectum ab immundis amoribus) & in calcu-
lo nomen nouum scriptum (hoc est notitiam diuinā
& affectionem insueram hominibus) quod nemo scit
nisi qui accipit. Et Paulus: Quis enim scit hominum
quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso
est? Ergo id quod agitur inter deum & spiritum hos-
minis, nemo cognoscit: potest tamen scire si id ipsum
aceperit. Sicut homo habens sanum gustum bibēs
bonum vinum, potest cognoscere quid alius sentit,
qui bibit idem vinum: si tamen habuerit similem fa-

x. Cor. 13

Apocal. 2

x. Cor. 2

num gustum. Similem dico, quia sani gustus inter se differunt, ita quod unus laudat quod alius vituperat. Et quis est hominum, qui verbis potest exprimere quid gustando sentit? Potest laudare, potest vituperare, potest signis ostendere quod alterationem acceperit in sensu, magnam vel parvam, potest id ipsum fallaciter agere: alius vero non potest quid ille in gusto patitur, agnoscere (si nunquam gustauerit) nisi ipsem gustet. Nec cæcus potest scire quid est vide re, vel quid sit dolor (etiam si multum de coloribus nouerit docte differere aut disputare) nisi viderit. Sed deus qui intimior est spiritui & omni creature quam illæ sibi ipsis, scit quid agatur in eis, & ipse est qui docet mysticam Theologiam omnes dociles dei. Ille ergo orandus est, ut dare dignetur quod petitur qui dat omnibus affluenter: & inuenire concedat quod propter ipsum queritur. Manuductiones vero alias ab hominibus dari possunt, quales conscripserunt D. Iohannes Ruysbroch, & venerabilis pater Henricus Herp. cuius mortificationes sunt utilissime Dionysius noster Carthusiensis, & alij plures. Non enim quod hic traditur, proprie est oratio (ut quidam opinari possunt) sed ascensus mentis in deum, per ænigma, & fasciculum beneficiorum, & oblationem suipius in diuinum beneplacitum, ut illuminationem in intellectu, & amorem diuinum recipere mereatur contemplatiuus in affectu. Ad quod tam diuino indiget auxilio. Et pro tanto etiam oratio dici non absurde potest, cum & ipsa oratio spe etet ad habilitatem contemplatiu, ut effectum contemplationis percipere valeat, hoc est, amorem contemplati in contemplante. Qui hæc non inteligit, totum contemnet & fructum non recipiet. Hinc est, quod talia in particulari tradi non solent. Ego multis annis, modum, ordinem, & verba in-

1. Cor. 2

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

prescripta seruauit, addendo ac minuendo, et vsum
contraxi mihi conuenientem. Alius potest melius
rem modum & ordinem sibi statuere, prout experis-
entia docebit, quid eum magis iuuat in hoc sancto
negotio. Libertas tamen spiritus conseruari debet,
ut propter varia occurrentia, quædam relinquere
vel immutare, sine animi perturbatione valeat: vel
in affluentia diuinæ gratiæ tractum spiritus sequi in
dilata possit. Perseuerantia in incepto opere necessa-
ria est. Pauci perseverant tædio victi, eo quod non
statim percipiunt sensibilem deuotionem. Pro ænig-
mate itaq; habeat contemplans, deum præsentem,
tanquam interiora spiritus, intellectum, voluntatem
& affectum amoroſe viſu intellectuo intuentem. Amo-
roſe dico, quia deus ſemper diligit, cum ipſe fit cha-
ritas. Et talis conſideratio fiduciam præstat acceden-
ti ad deum. Felix qui hūc dei intuitum ſentit. Quod
non percipitur, ſpectat ad misericordiam nostram, cū ipſe
dominus continuo communicat omnibus creaturis
bonitatem ſuam, præſtando & conſeruando: nihil em-
odit eorum quæ fecit. Sed species creaturarum (qui
bus interiora noſtra plena ſunt, tam in intellectu, q
in voluntate, & plerung; etiam in affectu) impediunt
huius intuitus perceptionem. Ipſe tamen deus non
definit nos intueri, quia intelligere dei, est essentia
diuina: non enim potest non intueri. In quo intuitu
ſeu viſu, maniſtetur trinitas unitatem, & unitas tri-
nitatem. Quia à vi intellectua diuina procedit ver-
bum in actu intelligendi, & ab utroq; amor in amo-
roſo intuitu, & hic est unicus actus diuinæ essentiæ
qui nunq; alteratur, nec commutatur, nec renouatur
ideoq; nō multiplicatur, ſed eſt simplicissimus & vni-
cus ſemper manens idipſum incommutabiliter, et
enaliter in trinitate perſiſtēs personaq; prædictaq; vis
verbi & amoris, quæ alijs nominib; in ſacris codi-
cibus patris & filij & ſpirituſancti exprimuntur. Et

DE BONI. DIVINA LIB.I. Fol. 33

sicut est actus incommutabilis deus, ita est etiam in-
contaminabilis. Quia propter peccata hominum vel
defectus creaturarum, non afficitur aliter & aliter,
neque in minimo alteratur, quod præstat magnam si-
dutiam tendenti post peccata in deum, tantum in po-
do sit penitens. Et est vis ipsa intellectualis diuina
simpliciter infinita, & verbum æque infinitum, & a-
mor infinitus. Et sunt tres istæ subsistentiæ sine cō-
positione vna infinita substantia, & vnum infinitū
bonum substantiale. Accidens enim non potest esse
in deo, nec aliquid imperfectum, vel gradus perfecti-
onum, vel differentia dignitatis, vel multiplicitas,
vel numerus, præter nobilissimas & perfectissimas
singularum personarum prædictarum proprietates:
quæ vnitatem substantiæ atque essentiæ indiuiduæ
non dissoluunt, sed stabiliunt: hoc facit incommutabili-
tas substancialis. Idcirco q in spū loquitur vni psonæ,
omnibus tribus inseparabilibus loquitur: quamuis
humano modo propter attributa videatur vni plus
loqui personæ, quam alteri, Exempli gratia. Qui pe-
tit veniam patri, qui sapientiam filio, qui misericor-
diam spiritu sancto videtur proprie loqui. Omnia 1. Timo. 2
tamen impetrare conamur per mediatorem dei & Heb. 8.9.12
hominum Christum Iesum, deum & hominem, huma-
no generi in fiduciam datum. Sancti nihilominus eti-
am suffragantur, quos tali honore diuina pietas dis-
gnos fecit, in solatium imperfectorum in spiritu, q
interdum sentiunt maiorem devotionem ad sanctū
aliquem, quem amicum dei esse non dubitant, quam
ad ipsum deum, propter parilitatem nature & vsum
humanum in conuersando, dei vero cum hominibus
non est conuersatio. Homines etiam adhuc morta-
les proinuicem orant, quia sunt inuicem membra, in
vno corpore spirituali cum omnibus sanctis, sub vno
capite Christo Iesu. Idcirco communicant inuicem
ex largitate & bonitate diuina, quæ dedit hominibus

Roma. 12

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

poteſtatem impetrandi alijs bona. Nunc prosequaſ
mūr qd ſupra inchoauimus de ænigmate. Quia conſ
templatio fit propter amorē contēplati, nec aliquid
amatur niſi ſpeciē habeat boni, idcirco ænigma dei
contemplati debet exprimere & præſentare bonitatē
eius. Expedit ergo q contemplatiuſ inquirat perte
ctioſes diuinās, pura potentiam diuinam, & confide
ret quantrā ſit potestatis cui nulla impotentia ſit per
mixtam vllam ignorantiam, ſed eſt ipsa cognitio.
Amor non habet admixtam inuidentiam, ſed eſt ipsa
charitas. Sic cætera omnia quæ poſſunt digne de
deo cogitari, non habent admixtam vllam malitiam
ut ſunt iuſtitia, miſericordia, benignitas, largitas, pie
tas & ſimilia, quæ in omnibus creaturis reſident.
Inſfirmitas noſtra adiuuatur, ſi bonitatem dei in cres
aturis conſideremus: & augetur admiratio, ſi magni
tudinem, multitudinem, diuerſitatem, & numerum
attendamus. Ecce cœlum & terra & omnis ornatus
eorum, nobilitas & multitudo angelorum & hoīm,
multitudo conceptuū, & cogitationum, verbog̃ ope
rum, & certum iudicium dei ſuper ea, multitudo oīm
viventium, multitudo guitarum oīm pluviag̃, mul
titudo graminum, foliog̃, arenag̃, &c. Numerus ve
ro in infinitum crescit. Omnia vero nuda & aperta
ſunt deo, nec eſt vlla creatura inuifibilis ei, & omnia
numerata manent ei: qui moderatur oīa iuſtiſſime
& miſericordiſſime in gloriam ſuam, ſine errore, ſi
ne labore, ſine fastidio, nec impeditur intuitus amos
rosus eius in vno hominis ſpiritu ſe totum eidē dul
citer exhibendo, per vniuersalem creaturarum oīi
um gubernationem. Quia ſic ſufficit omnibus ſicut
ſingulis. Et ita intendit plenißime ſingulis ſicut oīi
bus, etiam ſi in infinitum multiplicarentur. Non
oportet tamen ſingulis diēbus omnia diuinam boni
tatem præſentatię reuoluere (ad quod neq̃ tempus

DE BONI. DIVINA LIB.I. Fol. 54

Sufficeret) sed ex consideratione talium, diuersis temporibus inventarum conficere ænigma nobile, quo in accessu ad deum considerato, mens ad dei reuerentiam & amorem incitatur. Sicut in recordatione aliquius sancti vel amici benefactoris, vel probi alicuius viri vel personæ, statim auditio nomine eius, incitaturn in gaudium & amorem & laudem ipsius, ex ænigmate collecto ex gestis eius, quod mente de eodem gestamus. Notum est hoc omni homini. Pariter formiter ex ænigmate digno deo considerato, amoris ignis accenditur, ut perficiatur actus contemplationis dulcissimus: hoc est amor contemplati in contemplante. Ad id ipsum adipiscendum multum valet beneficiorum dei recordatio. Recolligendus est igitur fasciculus beneficiorum dei, tam in naturalibus quam in gratuitis, & specialiter amoris, quem Christus dominus secundum humanitatem vel diuinitatem nobis ostendit, ad inflammandum scilicet cordis igniculum, id est, amorem, & præcipue recolendo dominicam passionem, considerando ipsam diuinitatem tanquam internum motorem, illam passionem pro amore generis humani perficientem. Videmus enim in ædificiis arcuatis prius supponi ligna, ut sic muri firmitas superædificantur. Cumque fuerit superædificata, tunc subtrahuntur ligna supposita. Sic etiam postquam ex consideratione ænigmatis & beneficiorum dei ignis amoris fuerit accensus, tunc tandem sine premissa, p'meditatione, quotiescumque voluerit contemplatiuus, in ipso primo reflexu mentis & affectus in deum, immediate inflammabitur, nisi influxum gratiae talis deus subtraxerit, propter probationem vel profectum contemplatiui & amantis, vel propter peccatum & indispositionem eius, ita quod talis gratia capax iam non est. Quapropter aliud quasi arcuatum ædificium erigendum est ad habilitandum contemplatiuum, scilicet desiderium purgationis omnium peccatorum.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Sapi. 2

& imperfectionum, & desiderium omnium gratiarum,
virtutum & perfectionum: ut assimilari possit domino
Iesu & sanctis eius. Quibus in veritate adeptis, redi-
detur contemplatiuum dispositus ad opus contem-
plationis, quod fit propter amorem contemplati.
Hęc est vera sapientia, quae non habitat in corpore
subdito peccato. Vocantur vero ista prædicta in-
strumenta arcus, vel pontes. Arcus, quia super ea
ædificatur opus contemplationis: quo vigente, iam
non consideratur ænigma, nec nullum beneficium,
nec desiderium assimilationis vel conformitatis: sed
solus amatus in iubilo deus. Pontes dicuntur, quia
per ea a regione dissimilitudinis transitus fit ad regio-
nē similitudinis dei, in quātū intellectus, voluntas, & af-
fectus similitudines creaturarum reliquunt, quae ea
ab alienant ab actuali occupatione cum deo, & se
occupant cum solo deo, eidem se conformando,
per actuale studium, & diligentiam obtinendi actū
contemplationis. Transitus etiam fit per pontes
hos, in quantum fluuius prætererūtis vix calcatur, &
ad æternā vitā festinatur. Sic tamen discens festinet
ne offendat: per partes experiatur & modeste proce-
dat. Nemo repente fit summus. Iam ponamus
arcus in hoc opere arcuato. Exclusis formis o-
mnium rerum (quod consuetudo & habitus effice-
re faciliter possunt) quod si incidērint, non turbe-
tur, sed quasi lente & quieto animo abigat (nec fit
nimis sollicitus nec timidus, quia ex hoc multipli-
carentur & violentiores redderentur) oculos men-
tis dirigat contemplatiuum: ad deum, ipsum amo-
rose intuentem, & in intimis animæ (vbi sedes dei
est) loquatur ei verbis intellectualibus, non oris, &
in singulis intellectu applicet, vt illustretur: & affectu,
vt infiammetur. Quando sic fit, non fit mentis distra-
ctio: quando aliter fit, nihil fit. Dicatur ad patrem,
Domine deus meus, qui es ipsa bonitas infinita. &c.

DE BONI. DIVINA LIB.I. Fol. 55

vt supra psequēdo in ipso fero ure totam orationem

Diuina bonitas in gratia diuinæ

eucharistie quomodo digne
degustetur. Cap. XXVII.

Vauissimum erga nos dilectionis bene
ficioꝝ exhibitorum memoriale Chri
stus deus noster nobis reliquit, semeti
plum scilicet in sacramento sub specie
panis & vini. Neque enim satis illi erat
quod alia nobis dedisset omnia, nisi da
rer etiam nobis seipsum in cibum & potum, vt illa re
cipientes, nō tam ea habeamus, quam in nos illa tra
ñiendo conuertamus. Ipsum quoque in sacramen
to dum contemplamur, dum tractamus, dum offerimus,
dum sumimus quoꝝ, omnia hæc voluit in sui face
remus memoriam. Quod ipsius quoꝝ Canonis mis
se verba illa: Hæc quotienscumq; feceritis, in mei Lucæ. 22memoriam facietis, manifestant. Recolamus
itaꝝ quanta nos dilectione dignat sit, quanta miseri
cordia peccatis nostris pepercit, damnationem
æternam millies commeritam quanta clementia su
spenderit, quam longanimiter nos diuꝝ portauerit
qua charitate vigilauerit super nos, atq; rebelles sa
pientissima sua benignitate cœperit, nobis semper be
nefecerit (licet ingratia) propter nos deniq; incarnat
us, cõtemptus, afflictus, fatigatus, persequutus, pas
sus, vulneratus totus, atq; cunctis viribus & sanguis
ne exhaustus, tandem pro nobis mortuus fit.

Quicumque igitur deuotè ac fructuose corpus
domini tractare vel sumere voluerit, & dño deo
suo gratus existere, imprimis seruet memoriam vitę
passionis, & glorificationis, domini nostri Iesu Christi,
sicut ipse dominus iussit. Præterea exerceat se in
diuina præsentia, luminosa fide, certissime credens
quod deus non tantum omnia exteriora sua, verū eti

D. PETRI LEYDIS CARTHVSIA.

am interiora clarissime prospiciat, vsque ad minis
Hebræ.4 tum cogitatum, nec vñquam obliuiscitur. Et in hac
exercitatione perseveret, quo usq; sentiat se à deo vi-
deri. Caveat quo q; omni studio, ne aliquæ cogitati-
ones, aut imagines vanæ, turpes, aut peruersæ
hæreant memoræ, quæ deo cuncta videnti disdisci-
re possent; & ne intellectus occupetur ad scrutandū
descendū, sentiendum, aut intelligendum quicquam
quod deo displiceat, aut ad eius amore non cōduc-
at, & in voluntate, nihil velit, desideret aut affectet
extra, vel contra deum, sed voluntatem suam teneat
at vnitam & conformem diuinę voluntati, affectūq;
mundum & ab omni amore creaturæ, q; non sunt
cū deo, vel in deo amanda, repurgatum. Quod si ex
humana fragilitate circa præmissa se deliquerit de-
penderit, purget & lauet se coram deo in sanguine
eius, amara dolorosaq; contritione, & pura confessio-
ne, firmissimoq; emendandi proposito. Mandicia
ēm cordis lumine necessaria est cōmunicaturo. Quia
ita debemus accedere ad sancta sanctorum, quasi ibi
dem mox morituri. Et quamuis omnia venialia pec-
cata fugere nequeamus, ea tamen non debemus dilig-
gere, sed odio habere, & semper deflere, vt deus dele-
ctetur in anima nostra quiescere, & habitare.

¶ Porro cum in sequenti exercitio ponantur ali-
qui termini vehementer inflammatiui, necessarium
putauit eoz vim & sensum paucis exponere, q; a feru-
dus amator non debet in illis hærere, sed velociter
pertransire. Fufficit enim illorum vim mente tangere,
sicut homo loquens cum amico suo pertrāsit verba
nec moratur in eis, nisi illorum ignorantia eum
remoretur. Ignorantia vero talis inter deum & ho-
minem exercitantem esse non debet, nisi à deo notis-
tiam alicuius rei ignotæ vel scripturæ postularet ad
suam salutem, sed hoc requireret aliam exercitatio-
nem, & alium modum loquendi cum deo. Non vtr

DE BONI. DIVINA LIB.I Fol. 56

mur autem terminis istis propter deum imbuendum
cui nota sunt omnia, sed ut in accessu ad deum in
hac exercitaone actualiter humiliemus nosipos co-
ram eo, in veritate cognoscentes propriam vilitatem
& indigentiam diuini auxilij. Benignitas est vir-
tus quæ opitulatur & succurrit ac beneficit. Misericordia
vero ex compassione succurrit miseris. Deus
autem metaphorice dicitur compassivus. In eo em-
nulla est passio: sed proprium est ei reueare miseros.
Pietas est virtus qua creatura suo creatori, filij pare-
tibus, servi dominis, discipuli magistris seruunt. Est
vero maxima pietas quando conuertitur seruitus,
ita ut deus homini in sua necessitate seruat, pater
filio, dominus seruo, & magister discipulo. Clemens-
tia pœnas debitas minuit. Et haec maxime deo con-
uenit, qui non solum minuit, sed etiam plenarie re-
mittit interdum pœnas. Charitas fundatur super co-
municatione æternæ beatitudinis. Et est communis
deo & omnibus angelis & hominibus saluandis. Ob-
quæ charitatem & beatitudinem hominibus conserua-
dum dominus Iesus mortuus est. His terminis amo-
rosis possent plures addi, vel etiam omnes omitti, iu-
xta exercentis affectum. Itaq; memoratae virtutes
secundum vim suam in mente existentes debent
exercitantem leuare in dominum Iesum, eique ad
illum præstare fiduciam. Item cum dicitur hic (per ef-
fusiones tuas) intelligere debemus omnia in quibus
dominus Iesus seipsum effudit & dedit, ut nos saluos
faceret. Quæ autem sint illa: deuota mens cogitet, vi-
delicet: Asumpsit humanam naturam, quam plene
effudit, nil sibi retinuit, sed se totum in nostram salu-
tem expendit, animam, carnem, aquam, & omnem
sanguinem suum effudit pro nobis. Ex consue-
tudine venit assistente diuina gratia, qd exercens sta-
tim quando se ad dominum Iesum humiliiter & amo-
rose conuertit, eius præsentiam in anima sua sentit, in

Hebræ, 4

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

intellectu & affectu. Quo facto exercens loquatur dominus Iesu corde ad cor, sicut humilis seruus confidens de misericordissimo & amorosissimo domino suo. Loquatur autem ei tota mente, mentem inspicienti, & ipse ibidem eundem inspiciat, dicatq; corde non ore, spiritu volans, nec aliud cogitans quam id qd loquitur & cui loquitur; quod gratia & vsus dabit



DOMine Iesu pfectus deus & homo, qui venisti pereutes & peccatores saluos facere, quos tu primus ego sum. Domine Iesu quæris tales? Ecce habes hic vnum in signem. O benignissime saluator, habes hic cui opituleris. O misericordissime domine, habes hic vere miserum. O p̄fissime, habes impium. O clementissime, habes multipliciter reum. O charitatiissime habes periclitantem circa æternā beatitudinem, pro qua mortuus es. O domine Iesu saluator mundi fili Dei, fili Marie in tanta necessitate succurre, & artem tuā saluandi erga istum miserabilem ostēde & exerce peccatorem. O desiderabilissime amabilissime & verissime amator Iesu, obsecro te per viscera misericordiae tuę per virtutes tuas & merita, per gratias & dona, per illam excellentissimam gratiā

vnionis, qua humanit̄s tua vnit̄a est sans
ctissimæ deitati, per gaudium & dulcediz
nē ex eadē in cor tuū amorofissimū fluē
tem, p̄ charitatē tuā ad patrē, ad humanū
genus, & ad me miserū, q̄ voluisti in te sus
scipe causam nostrā nimis malā, & annū
ente p̄fissimo patre suscepisti eā cū maxis
mo gaudio, & executus es fidelissime, vt
patri gloriam, & nobis dares salutem. Ita
dilexisti patrem & nos. (Hic anima lique
fieri debet ex amore) Per hanc charitatē,
per opus nostrę redemptionis, per morta
lem vitam tuam, per effusiones tuas, per p̄
secutiones, tristitias, iniurias, penas, tor
menta crucis, & amarissimam mortem,
(O quid in his sensisti domine Iesu) obse
cro te, da mihi gratiam consecrandi ac
sumendi venerabilissimum corporis tui
sacramentum, sine tui offensa, in memo
riam omnium prædictorum mirabili
um. Ad laudem & gloriam tuam sub
honore intemeratæ matris tuę Marię, &
illius vel illorum sanctorum, & omni
um patronorum & patronarum mearum
& omnium sanctorum, quorum hodie

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

festiuitas est, & omnium electorum tuorum pro salute animæ meæ & totius ecclesiæ profectu, pro redemptione animarum in purgatorio detentarum, & specialiter illorum. N. Adiuua ergo me, & defende ab offensa tua, à periculis, & ab omni confusione, & fac me participem huius sanctissimi mysterij. Amen.

¶ Iaculationes exercitij præmissi, præter id quod animum efficaciter ad celebrandum & communicaendum præparant, gratiam facile quoq; præstabunt ex vnu compunctionis & lachrymarum, si attente fiant. In exercitio iusuper præmisso vti debemus (vt dictum est) verbis spiratiuis & amorosis,

Iaculi par
tes duæ.

¶ O mi dilectissime dñe, vel pater, vel saluator, vel amator, vel sponse & similibus. Iaculum habet duas partes. Anterior vulnerat penetrat & obtinet vulneratum. Et posterior habet pennas dirigentes iaculum. Ita etiam iaculatoria oratio habet duas partes. Anterior est amor penetrans vulnerans & obtinens armatum. Posterior est intellectus pennatus & volans per contemplationem veritatis rei amabilis, & dirigens affectum ne erret. Oportet quoq; hoc exercitium, vt prædictum est, fieri mentaliter & iaculatorie, alias esset sterile, sicut aliæ vocales orationes communiter sunt, nisi iaculatio & spiritus vivacitas accesserit, quæ contemplatiuis inter cantandum & legendum psalmos & orationes frequenter contingere solet.

DE BONI. DIVINA LIB.I. Fol. 5e

¶ Circa præmissa expedit aliqua notificare de æscensu mentis ad deum per media , de aspiratione prout hic sumitur , de oratione iaculatoria , & quid deuotæ personæ sentiant in lectulo expergefactæ & plene vigilantes . Sciendum ergo quod in quotidianis & assuetis exercitijs , qui habitum habet & vsum sine medijs statim accedere potest ad deum , & eum in se præsentem sentire , non tamen sine ænigmate . Mens autem non habituata in vnitui amoris exercitijs tarda est , nec potest subito accedere ad deum , nisi per quædam media iuuet , quibus necesse habet seipsum prius excitare , refricare , & in eius amorem accendere , meditando stupenda eius erga nos beneficia , & amoris insignia , & laudum præconia , quæ infinitam diuinæ intelligentiæ claritatem , & immensam suæ syncerissimæ charitatis & amoris dulcedinem , suæque maiestatis cuncta penetrantem præsentiam & cetera huiusmodi diuinæ perfectionis gloriam redolentia , annuncient , ut sic apta reddatur ad suscipiendum in se diuinæ illuminationes & inflammations amorosas .

¶ Postquam autem mens habituata fuerit , statim in momento erigere se potest in deum sine illis medijs , quoties & vbicumque voluerit , videreque in ænigmate & sentire eum præsentem , nisi per culpam vel per scrupulum impediatur , aut dispensatione diuina tam felici libertate eundi ad deum priuetur .

¶ Stante autem hac felici libertate fiunt aspirationes & orationes iaculatoriæ ad deum valde efficaces & fructuosæ . Aspiratio deo nihil aliud representat quam flammam igniti amoris . Oratio iaculatoria , aliquid certi idicat seu postulat a deo . Interdu simul fiunt hec duo : si tunc aspiratio pœnalet . Aspiratio (ut hic sumit)

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

est vehemens desiderium diuini amoris, quod psalmista vocat situm dicens. Situit anima mea ad deum viuum. Item: Situit in te anima mea. Haec sitis, hoc desiderium, haec flamma diuini amoris, interdum occupat animam dormientis, ita quidem a somno tunc perfecte euigilat, excitata vel a natura, vel ab angelo vel a deo: quasi diceret deus. Dormis ne dilecta, quid agis? Tunc anima quasi sponsi voce audita: subita et indeliberate pro consuetudine habens tendere in dilectum, flammatem emittit diuini amoris, corde plenissimo, nihil aspirans nisi amorem. Iam enim habet praesentem dilectum, non in illa nuditate nec faciali visione quam expectamus in futuro: sed in enigmate. Quod quidem sentiri potest: doceri autem non potest quid nam sit. Et tunc seruens anima sentit se plenissime a dilecto videri. O gratissima morula, in qua nihil occurrit in anima quod displiceat dilecto. O quanta miseria est quod ab illa morula separatur anima misera propter occupationes rerum transitoriarum dilecto dispicentes. Si nihil impedimenti occurrit: flamma amoris augetur in aspirando.

¶ Ad istud applicari potest illud Isaiae: (Nomen tuum) id est, tu ipse superamabilissime deus (& memoriale tuum) id est, dominus Iesus, perfectus deus & perfectus homo, totus desiderabilis (in desiderio aiae) scilicet est. Memoriale enim, est res quae alicui datur ac dimittitur pro memoria habenda dilecti. Sic enim habemus in sacramento altaris. Est ergo superamabilis deus & dominus Iesus in desiderio animae. Sed quando? Subdit propheta (Anima mea desiderauit te in nocte, sed & spiritus meus in praecordiis meis, (de mane vigilabo ad te) Huic flammigero desiderio iungitur oratio iacularia, quae multiplicat cum expressione certas petitiones (quod ei proprium est) scilicet o optime domine, &c. quando tibi placebo,

Psal. 42

Isaiae. 26

DE BONI. DIVINA LIB.I. Fol. 59

quando tibi totus conformabor , qñ te perfecte diligam? & cætera similia. Nolo præ verecundia exprimere omnia verba quibus talis iaculator vtitur, sed ea vnuquisq; per se cogitet.

Ced qui libero corde vult volare ad deum, & sagittare cor dei ne eius iacula impediatur , necesse est ut omni inordinato amoris curæ & delectationi quæ haberi potest sub deo, penitus abrenuntiet, memori illius. Rennuit consolari anima mea, memor fui dei & delectatus sum, & exercitatus sum & defecit spiritus meus. Anticipauerūt vigilias oculi mei, &c. Caeatur tamen nimetas in hoc negotio, ne ex casu rentia somni & labore exercitiū caput ledatur. Largus est dominus in præstanto gratias & dona , sed requirit à nobis quod eius donis discrete vtamur . Reuertatur dominus Iesus alia hora, nisi spiritus sanctus iam in eo operari voluerit , quod ipse bene innuet puræ & fideli animæ. Nec licet resistere inspirationi diuinæ, Puto quod in prædicto articulo, anima apta sit recipere veras reuelationes à deo vel ab angelo. Sic prophetis angeli in somnis locuti sunt. Nemo tamen reuelatiōnes desiderat, nec si fiant ei, veritas credit: nisi spiritus omnino eū certificauerit adeo firmiter, sicut intellectus naturaliter certificatur de primis principijs, intellectis terminis. Hic multicepti sunt.

Chæc quantum ex modica experientia exprime re potui, obiter scripta: aliorum correctioni libenter submitto . Qui de h's aut similibus dei donis aliquid potuerit obtinere: non magnifice glorietur, sed se in seipso vilem agnoscat & ingratum. In timore domini se iugiter exerceat. Quia cum crescunt dona, rationes etiam crescunt donorum. Nemo etiam per torporem dei dona negligat recipere , dicendo: Quis potest hæc capere? Ipse enim dominus omnipotens semper paratus est effundere dona sua in eos q

Psalms. 70

Gregor.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

dispositi sunt & apti atq; volnetes ad recipiendum.

Diuina bonitas in beatissima virgine
Maria cæterisq; sanctis dei quomo-
do elucescat, atq; illi ipsi quibus
à nobis sint modis honorādi.

Cap. XXVIII.

Pro obtainēdis supradictis, perutilis quo-
que est deuota inuocatio beatæ Mariæ
& sanctorum: quorum exemplis pro-
uocamur, & orationibus adiuuamur.
Quorum vitā dum aspicimus, nostram
confusi erubescimus. Quorum amori-
dum inhæremus, ipsos ad nostrum fauorem in-
clinamus. Nec timemus, ne propter amorem quē ad
ipsos gerimus, amor Christi in nobis minoretur (qa
constar, q; eos quos nunq; vidimus, non nisi propter
Christum & in Christo, propter virtutes eorum dili-
gimus: & sic eos amando, Christū potius q; ipsos di-
ligimus) sed magis speramus, q; eoz interuētu quos
digne deus exaudit, gratiā effundēdi cor & adipiscē-
di æternā gloriā, pmercebimur. Deus etiā sanctos suos
honorare accidentaliter in nobis disposuit & in eis
vult ipse laudari, iuxta illud Psalm. Laudate dñm in
sanctis eius. Ergo diligere & honorare sanctos, est do-
minus diligere & honorare & laudare. Cæterq; quē
admodum in superioribus exercitijs cordis semper
præsentia dñi attendenda est: sic q; certissime creda-
mus dñm deū nostrum sanctissimā. s. indiuiduā trini-
tatem intissime attendere nostram meditationem,
nec posse eum non agnoscerē oia, qa non potest non
esse deus: & impossibile est aliquid perfectionis sibi
subtrahi: quod vtq; fieret, si posset eū aliqd latere:
& istud sit dictū circa primū exercitiū. Circa secundū
vero, id est, circa exercitium dominicæ passionis, cer-

Missime credendū, q̄ aīa Christi oēs meditationes noſ
 stras intuetur in verbo cui vñita eſt, & à quo plenissi
 me illustratur etiam vltra oīem puram creaturam:
 ita etiam de sanctis credendum eſt, quod in verbo, id
 eſt, deo filio: cui licet non personaliter vt Christus,
 tamen per gratiam, amicitiam, beatificam visionem
 perfectam charitatem & felicissimā fruitionem con
 iuncti ſunt, omnia eis ad honorem impensa, vel ab
 eis per nos petita perfectissime intuentur: aliaſ gratis
 oraremus nos eos, ſi non agnoverent petitiones no
 stras. Vocalem vero orationem exiſtentem in ccelo
 non magis audiunt quām mentale, niſi in verbo in
 tueantur: quanquam ſpiritus angelici intelligere vo
 calem valeant, ſemper quando nobifcum ſunt & fan
 etis deferre: nō aut̄ cordium ſecreta q̄ ſolus deus no
 uit ſcriptura dicente: Tu ſolus noſti corda oīm filio
 rum hoīm. Fides ergo, qua credimus deum oīmia in
 tueri, & sanctis ſuis ea quæ à nobis ipſis impēduntur
 reuelare, neceſſaria eſt in iſto exercitio. Ipſi vero ſan
 ctis, quantum putandum eſt, nobis compatiuntur &
 de noſtro profectu gratulantur. Quām libenter im
 pēdunt quicquid poſſunt, cū perfecta in ipſis ſit cha
 ritas dei & proximi. Nec timendum eſt, ne propter
 hoc laborent, aut à ſua felicitate impediантur, vt
 merito eos fatigare indignis noſtriſ precibus formi
 dare debeamus: nec etiam timendum ne ipſis quietē
 habere deſiderantibus, quaſi moleſti ſimus: quin po
 tius credendum eſt ipſos in hoc beatitudinis fuꝝ o
 pus exercere, cum & ipſe dominus non minus ſibi
 in noſtriſ boniſ ſtudijs, deſiderijs, orationib⁹, exer
 citijs, &c. complaceat: q̄ in hiſ cōplateat sanctis. Cō
 municare enim bonum alijs, proprium eſt deo &
 etiam sanctis. Quapropter querunt quodammodo Gregor.
 vt querantur & vt tales inueniamur exoptat, quibus
 bonum impendere poſſint. Etiam non volunt aut
 expectant multas vocales preces nec multam

Anima
Christi.

Sancti
nos intue
tur.

z. Parali. 6

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Ad quid
preces in
stituta.

Augustin⁹

Angelus
proprius

Patroni
eligiendi

omissis melioribus) circa se occupationem desideratē
cū non indigeant nobis aut nostris: sed tantummodo
piam mentem & feruens desiderium requirunt. Quod
enim preces & laudes exoluī institutum est, non
propter deum aut sanctos hoc factum est, sed pro-
pter nostram excitationē. vt apti efficiamur ad bos-
na suscipienda per talia exercitia, præparando nos
ad amorem dei, & secundum Augustinum ne ne-
gligamus nos ad deum conuertere alij intenti. Bre-
uiter ergo offerendus est sanctis piis humilis & fer-
uens affectus: quamquam interdū aliqua vocali ora-
tione honorandi sunt.

Honorandus est cum omni affectione atq; dulcedi-
ne reuerendus noster dominus & singularissimus as-
mator angelus proprius, protector fidelissimus: cui
etiam proprium festum circa festum angelorum in
priuato celebrandum est. Item eligendi sunt aliqui
speciales patroni de angelis, de patriarchis, scilicet
sanctus Ioseph nutricius domini, vel sanctus Ioaz-
chim pater glorioſa virginis Mariæ, vel alius. Item
de prophetis vt sanctus Ioannes baptista, vel alius.
Item de apostolis, euangelistis, martyribus, confes-
foribus, virginibus, viduis, scilicet sancta Anna ma-
glioſe dei genitricis, vel alia. Item de coniugatis
sancta Perpetua martyr vxor sancti Petri apostoli
vel alia. Item de peccatricibus Maria magdalena,
Maria egyptiaca. &c. Qui sic electi specialit & singula-
riter pr̄ ceteris amorole honorādi sunt & orādi, vt
pmpte in om̄i necessitate succurere dignētur. Nec ta-
men propterea ceteri sancti relinqndi sunt, sed om̄es
honorādi, & maxime in festo pprio. De hac mate-
ria possem plixe scribere, sed gratis & inaniter vt cre-
do, qā vnusq; in pprio sensu abūdat in pticularibus
exercitijs. Oī tñ die vnū de specialibus patrōis singu-
lariter honorādū dixerī q illo die q̄si p̄sideat p nobis
in ecclis, nisi occurrat aliqd festū dñi vñ alicuius san-

DE BONIT. DIVINA LIB.I Fol. et

&c, cui ex singulari deuotione illius diei veneratione
deferatur. Omnes tamen patroni electi cōmuni deuo-
tione quotidie sunt venerādi, saltē mētaliter per san-
ctum desiderium & amorem. Pro quo amore obtinē-
do legendæ sunt passiones & historiæ sanctorum &
mēti imprimendæ, vt ex amore virtutū noster ani-
mus ad ipsorū dilectionem inflāmetur. Quod cū se-
mel factum fuerit & p aliq̄s iteratos act̄s habitus ges-
neratus: tūc p̄mptissime & leuissime atq; rep̄tissime
animus noster plene & pfecte & sine labore in ipsis
sanctos erigetur. Sicut experimur de hoīe nobis op-
time cognito, q̄ statim audito nomine eius, quasi to-
ta vita eius nobis ante oculos posita esset: cōsurgim⁹
vel in amorē & laudē eius, si virtuosus est: vel in de-
testationē, si iniquus est. Sic etiā si fiat recordatio
de aliquo sancto, statim in charitatiū affectū & mē-
talem orationē deuotā cōsurgimus, p̄ consuetudine.
Et (vt puto) hoc ipsis sanctis gratius & acceptius est,
quām longa aliqua vocalis & repida atq; distracta o-
ratio. Nō enī indigēt. Hic tamē est notandū, qdvnus
quisq; debet cui⁹ auxiliū implorat sancti vitę vesti-
gia, pponere velle imitari pro posse, & secundū cōdi-
zionem status sui & exigētiā saltē in genere, puta,
fidem, charitatem, odii vitiorum, studium virtutū,
desideriū deo placēdi & huiusmodi. Confundi etiam
debet in corde suo corā deo & sancto illo, si se ad resi-
gnationē vel effusionē cordis inuenerit durū, & debet
etiā iuuamē postulare, &c. Exercitium istud ad san-
ctos valde breue est, quia est solū eleuatus dulcis af-
fectus ad sanctos pro quotidiana necessitate. In festo
tamen alicuius potest vitā illius summati recordari
pro veneratione & pro speciali deuotione obtinēda cū
speciali etiā imploratione gratiarum, vt infra pates-
bit. Similiter fieri debet, quando alicuius p̄pri patro-
ni singularis cōmemoratio seruat, de qua cōmemo-
ratiōe facienda iam supra dictū est. Quod si p̄pria vita

Simile

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Generale. sancti, cuius festum occurrit, ignoratur, tunc recurrendum est ad generalia, sine quibus gloriam suam non est adeptus: ut sunt fides, spes charitas, humilitas, obedientia, obseruantia mandatorum dei, &cæ. Potest hoc exercitium fieri seruiendo ad missam vel partim in missa conuentualiente canonem. Memoria sanctorum valde dulcis est & fidutiam confortat præsentis auxiliij & futuri, qd in mortis hora præstabitur. Ad gloriosam dei genitricē Mariā tā in festis eius qd etiā quotidie fieri potest hoc modo. Cōcipiatur mēte qd in deo p̄fessionaliter videat exercitū qd sibi de uote impendit, & tūc eā cū omni veneratiōe & verecū dia deuotus affectus alloquatur verbis cordis.



Piissima & gloria dei genitrix semper virgo Maria, tu concepta es sine originali culpa & plena spūsancto es genita, si ne vlo peccato hāc mortale vitā egisti, vñ nunq dñm deū tuū offendisti, nec eidem vnq displicuisti, imo semper eidem cōpla ciisti, & summam gratiam in oculis eius inuenisti.

[O singularis innocētia. Hic debet animus cōgaudere piissimę virginī intimo & vero affectu & propriā miseriā deflere & peccata detestari.]

A sanctissimis parētibus tuis dño acceptis simum munus in templo oblata fuisti. Ibi aptata fuisti & exercitata & omni spūali ornatu decorata, vt mater dei effici digne merereris. O virgo castissima, hūilima, in

charitate perfectissima, virtuosissi. sancti
spūs charismatib⁹ repleta, ab āgelo es offi-
ciosiss. salutata, &cōcipiēdo de spū sancto
filiū dei mater dei es effectatquē virgineo
vtero portasti tāto tpe sub virgineo & in-
nocētissimo corde tuo, quē castis visceri-
bus genuisti & p̄rīa oīm deū & hoīem ado-
rasti, locasti, portasti, nutriuisti, & guber-
nasti eius curā gerēdo q̄ nutrit & guber-
nat vniuersa. Cū ipo sine q̄rela cōuersata
es, eius p̄nā atq; dulcissimis ybis fruebaris
Ad diuinā q̄q̄ cōtéplādā essentiā admis-
sa es. Ipsum deniq̄ pfectissime es imitata
Eius psecutiōes, tristitias, iniurias, passio-
nes, crucē & mortē vltra martyriū cōpassi-
uissi. virgineo atq; maſno corde sustinu-
isti, vt pote talis maſ talis filij, & in tali ne-
cessitate. Qui sua glorioſiss. resurrectiōe ti-
bi apparēdo p̄rīo recreauit, & ascensiōe &
spiritus sancti missiōe atq; sanctę primitti-
uę ecclesię edificatiōe lētificauit. Relicta ta-
mē es dolorosa in hoc seculo lōgo tpe, p̄
psecutiōe ecclesię afflcta, & q̄tidie filij tui
ardētissimo desiderio cruciata. Tādē ve-
ro sup̄ oēs angelorū choros cum corpore
& anima felicissime exaltata. Op̄iſſima

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

dei genitrix, quę omniū fidelium mater
sub cruce vnigeniti filij tui effecta es & vis
te matrem haberī & appellari quamuis
ego ingratus & immūdus peccator indi-
gnus sim habere saltē memorīā tui tamē
de tua confisus misericordia gratiofissi-
ma, obsecro maternā pietatē tuā, dignare
mihi impetrare à filio tuo chatissimo illa
quę in effusioē cordis mei cōsueui ab ipso
deprecari. Et in omni periculo mortalis
peccati & in tremēda hora mortis digna-
re misericorditer adesse, & impetra ut in
filio tuo merear semper esse securus inter-
cedentibus etiā omnibus patronis meis
& cunctis sanctis quorum hodie festiu-
tas est, atq; omnibus electis dei.

¶ Quod si commemoratio alicui⁹ specialis patroni
illo die agitur, vel festum a licuius sancti: tūc ille no-
minativi in oratione hac mentali exprimetur. Et in
festo glorioſae virginis & omni tertia feria pōt addi
istud, auxiliantibus beatissimis parentibus tuis Io-
achim & Anna & virgineo sposo tuo Ioseph atq; o-
mnibus sanctis, qui sunt de genealogia dilecti filij tui
&c. Hæc vel similia, prout pius affectus deuote di-
ctauerit, possunt tanquam præsentī glorioſae virgi-
ni mente dici. Orandum est etiam pro singulis ne-
cessitatibus occurribus, pro ecclesia dei alijsq; ne-
gotijs & personis.

¶ Ad ceteros sanctos potest fieri simili modo, atten-
dēdo illū sanctum, quem quis vult orare tanquam

DE BONI. DIVINA LIB.I. Fol. 63

præsentem in deo & pia deuotione alloquatur eum,
non verbis oris sed mentis. Exemplum de sancto Io
hanne baptista. O beatissime omniumq[ue] innocentissime sancte Iohannes , qui in vtero sanctificatus Christum dominum agnouisti plenus spiritus sancto genitus fuisti, atq[ue] in eremo à pueritia domino in rigida vita deseruiisti, dominū Iesum baptisasti, carcerem propter veritatem subisti, mortem propter deum sustinisti, castissimus atq[ue] humilimus extitisti, à Christo etiā inter natos mulierē maior prædicari meruisti. Obsecro te, vt illa quæ pro me & alijs consueui à dño petere, mihi digneris impetrare. Et in omni periculo mortalisi peccati & in tremenda hora mortis ad esse digneris, vt tuis meritis in dño semper merear esse securus. Ora pro ecclesia dei, &c. Sub hac vcl consimili forma potest beatissimus Iohannes corde inuocari, quando est festum eius vel commemoratione, præter quotidianum exercitium, quod est brevissimum, q[uod] vt supra tacitum est illud est solum deoutus affectus directus in sanctum ex cōsideratione sanitatis eius per modum iaculationis. Et ista exercitia sunt sine distractione, q[uod] corde sunt, vt supra etiam dictū est. Et sic ut exemplificatum est de sancto Iohanne: sic potest practicari de alijs patronis & sanctis, de quibus non est scribendum per singula.

Ad S. Ioh
Baptistā.

Hoc etiam obseruādum videretur, vt postq[ue] deoutus affectus ad patronos & sanctos emissus fuerit, semper etiam omnes sancti eiusdem conditionis auctoritatis simile deuotum & attentum affectum accipiunt. Exempli gratia: Inuocato sancto Michaele & proprio angelō (quæ inuocatio fit cū vel, in ipso emissio deucto affectu) statim cordialiter inuocentur oēs angeli cum ardentī desiderio: Oēs sancti beatorum Ad alios spirituū ordines orate pro nobis. Similiter post pro Sanctos. phetas: Oēs sancti patriarchæ & prophetæ orate pro nobis. Similiter post apostolos & euangelistas; Oēs

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

sancti apostoli & euangelistar, discipuli domini, & sancti innocentes orate pro nobis. Sic de martyrib⁹ confessoribus, virginibus & viduis. Et tunc cum magno affectu in præsentia dei omnia intuentis & omnium sanctorum, est subiungendum : Omnes sancti & cœlici ciues orate pro nobis. Sequitur oratio vocalis quotidiana post has mentales commendationes.

Heb. ix

Sap. 5

Antiph. ¶ Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt promissiones. [Cogitandum est hanc antiphonam legenti quod sancti vicerunt peccata, & impleuerunt virtutes, & sic venerunt ad cœlum, secundum illud: Declina à malo & fac bonū, inquire pacem, &c.] Versus: Iusti autem imperterritum viuent & apud dominum est merces eorum. [Viunt sancti in cordibus nostris per quotidiana recordationem & in deo in æterna beatitudine.] Oremus. ¶ Maiesiatem tuā dñe suppliciter exoro, vt sicut me iugiter sanctorum tuorum atq; sanctarum commemoratione lœtificas: ita semper supplicatione defendas, imitatione conformes, tua gratia perseueranter nutrias & in æterna beatitudine de eoq; societate statim post mortem gaudere concedas, Per dominum. ¶ Post completorium corde vel etiam ore potest sic orati,

Suscipe domina mea regina cœli, o p̄fissima dei genetrix semper virgo Maria, obsequium seruitutis meæ: & si quid in his laudibus digne egi propria respice, & quod negligenter actum est, clementissima mater ignosce, per eūdem dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui cum deo patre & spiritu sancto viuis & regnas unus glorioſus deus per omnia secula seculorum, Amen.

¶ Suscipe domine deus meus obsequium seruitutis meæ precibus & meritis beatæ Mariæ semper virginis, beati Iohannis baptistæ & omnium patronorum

DE BONI. DIVINA LIB.I Fol.62

& patronarum mearum, & eorum sanctorum quorum
hodie festivitas est, & omnium electorum tuorum:
& si quid digne egi, propitius respice, & quod
negligenter actum est, clementissime pater igno-
scere. Qui viuis & regnas unus gloriosus deus per
omnia secula seculorum, Amen.

¶ Eundo dormitum & surgendo debet se vnuis-
quisque deuote deo & gloriose virginis & pro-
prio angelo atque omnibus sanctis commendare: &
principue proprijs patronis & sanctis, quorum festi-
vitas agitur, & cor suum breuiter, sed tamen veraci-
ter effundere.

¶ Consulendum esset vnicuique, quod rosarium be-
atae Mariæ cum articulis passionis Christi quotidie
attente legeret.

¶ Expediret præterea, q[uod] quilibet martyrologium
legeret post nonam, vt scire posset circa quod festum
vel de quo sancto se occupare vellet ad vesperas &
die sequenti. Quod si nullum festum occurreret, q[uod] tunc
ordinare posset, cuius patroni memoriam agere vel
let. Quocirca antiphonæ & versiculi cum collectis
colligenda essent de festis de patronis & aliquibus
sanctis specialiter dilectis & de apostolis & martyribus,
&c. in communione quibus in profestis & festis ho-
norandi essent etiam vocali oratione, vt per hanc
mens de interiori veneratõe & etiam effusione cora-
dis admoneret. Cōsuetudo est altera natura. Quāuis
ergo insuetis præscripta longa & tædiosa ac diffici-
lia videbuntur: tñ scire certissime debent, q[uod] assuetis
sunt valde breuia, iucundissima atque leuissima. Ve-
rum spiritus sanctus docet suos alumnos: &, vt vide-
mus, differenter atque diuersis modis omnes ad vis-
tam æternam exercet. Ad quam nos misericorditer
dignetur perducere per sanctorum suorum & glorio-
se virginis Mariæ preces & merita necnon per boni

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

tatem, passiones, mortem & amorem Iesu Christi domini nostri, pater & idem filius eius Iesus Christus & spiritus sanctus unus deus benedictus ab omnni creatura per infinita secula seculorum,
Amen.

L I B R I P R I M I D E
B O N I T A T E D I
V I N A F I N I S.